# De Pẽsionibus Tractatus uere aureus Caccialupi

Viri clarissimi, Iudicibus, Aduocatis, Procuratoribus, Notariis, & omnibus practicis maxime necessarius.

Addito Indice per Didacum Sanctium Romanum.



Pensionum constitutarum super beneficiis ecclesiasticis, aut locis piis, seu illorũ fructibus & redditibus, ex ordinatione Papæ, aut inferioris, materia est frequẽs & quotidiana, vtilis & subtilis, & a maioribus nostris imperfecte & sparsim tradita. Ad cõmunem igitur vtilitatẽ, illam colligere institui quanto distinctius, & vberius, & compendiosius potero per infrascriptas quæstiones.

ELENCHVS EORVM QVÆ singulis Quæstionibus continentur.

F I N I S.


# INDEX ALPHABETICVS AVCTORE Didaco Sanctio Romano.

FINIS.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO Sanctissimi Clementis VII. ac Serenissimi Senatus Veneti ad Decennium.

# IO. BAPTISTÆ CACCIALVPI SANCTOSEVERINATIS ADVOCATI CONSISTORIALIS DE PENSIONIBVS QVÆSTIONES TRIGINTA.

## Prima Quæstio.



Apio primam Quæstionem videlicet/ Quid sit Pensio/ de qua loquimur in præsenti tractatu. Laud. dicit: quod est certa portio ex aliqua mēsa / vel ex aliquo beneficio ex causa ad tempus: non in perpetuum separata: & pendet a proprietate beneficii: a quo subtrahitur: sicut vsus fructus a proprietate, c. fi. de pig. xvi. q. i. Possessiones. xii. q. ii. quicunq. Et hanc diffinitionem referunt & sequuntur in Clemen. i. §. Eadē, de supplen. negli. prælat. Anto. de But. Cardinalis Floren. Ioannes de Imola. & communiter scribentes. Subdit tamen idem Cardi. quod hæc diffinitio concernit pensionem/quatenus est commodum temporale tantum: & nō quatenus est titulus beneficialis. Nam quatenus est beneficium: diffinitur sicut beneficiū. Accedūt pro declaratione huius diffinitionis/ quæ dicentur in. q. vi. viij. x. xii. & xx.

## Secunda Quæstio.

SVper secunda quæstione videlicet / vnde dicatur pensio. Dicit Laud. in. d. Cle. i. de suppl. negli. prælat. §. Eadem. quod dicitur a pendeo: quia dependet formaliter a beneficio: a quo detrahitur: sicut vsufructus a proprietate vt. d. c. fi. de pi. & d. c. possessi

siones.xvi.q.i.& d.c.Quicsiq.xii.q.ii.& c. Quamuis.Cle.i.
de præben.in vi.Et idem dicit Card.Flo.in.d.§.Eadem.

## Tertia Quæstio.

Circa tertiam quæstionem / videlicet, Quot sint species pensionis: dicit idem Laud.in.cle.i.§.Eadem.quod duæ videlicet licitæ.vt.d.c.Possessiones, cum similibus præallegatis. Et illicitæ vt in.d.Cle.i.de quo latius.i.q.seq.

## Quarta Quæstio.

Super quarta quæstione particularius quærendo: quæ est pensio licita: & quæ illicita: seu reprobata: dicitur quod cognito vno contrariorum / cognoscitur & reliquum: vt.l.i.ff.de his/ qui sunt sui vel alie.iuris: vnde cognitis reprobatis / intelligimus licitas. Reprobatæ sunt pensiones: quæ constituuntur in fraudem Canonis: vt quia deputantur ei: qui non est capax beneficii, secundũ Abb.in.c.Ad audiẽtiam de rescrip. ita intelligentem.c.Extirpandæ.in fi.de preben. quod etiã ponit Abbas latius in.c.Conquerente.de cleri.non residen.exemplificãs in Episcopo / qui non valens prouidere nepoti de curato: propter defectum ætatis: contulit ipsum alteri/& super fructibus deputat pensionem nepoti.Idem repetit idem Abb. in.d.c. Extirpandæ.§.Qui vero. Et hæc sequuntur Moderni in.d.c.Ad audientiam. Vbi subdit dominus Feli. Sandeus. Ferrariẽ. quod potest exẽplificari in casu.c.Audiuimus. de collu. de quo etiã habetur in.c. Nisi essent. cum glo.in fi. de prebendis. Adde/ quod posset exẽplificari in canone.d. Cle.i.d.§. Eadem. Licita autem est quãdo est constituta ex causa licita & honesta danda alicui capaci ex redditibus beneficii vt.d.c.Ad audientiã.secundũ Abb.ibi & in locis prælleg.Et probatur in.d.c.Conquerente.& in.d.c.Quamuis exemplificatur.in tex.sing.c.Nisi.de preben.vbi pro bono pacis fuit alteri litigantium statuta pensio de redditibus ec-

clesiæ ad vitam alterius partis. hinc dixit idem Felinus in.d. c. Ad audientiam. quod per illum tex. & per. c. Ad quæstio/ nes/de re. permut. consuluit Petrus de Ancha. in suo con. c c. lxxiii. incipień. Quæstio pponitur in themate generali. quod ex causa rationabili: puta ob euidentem vtilitatem Ecclesiæ/ potest Episcopus in collatione Ecclesiæ imponere onus alimentandi illum/ qui renuntiat Ecclesiæ de redditi/ bus ipsius Ecclesiæ: & loquitur in sene inepto ad curam ani marum: quo casu/ sicut dari deberet ei coadiutor & ambo deberent viuere de redditibus Ecclesiæ: ita etiam debet fie/ ri dicta reseruatio. Sic & econtra impugnat Oldrad. Con. cc. xxvi. incipień. Quidam Episcopus. pensionem consti/ tutam per Episcopum cuidam nobili tanquam benemerito erga Ecclesiam: tum quia de meritis non constabat: tū quia donatio erat in quantitate enormi: ex quibus infert notabi/ liter idem Sandeus: quod vbi concurrunt merita: & de ipsis constat: potest Episcopus in quantitate moderata aliquam pensionem deputare alicui quoad vixerit: de redditibus Ec clesiæ. Adducit not. in. c. Fraternitatē de donat. Idē adducit Ananiań. in. d. c. Audiuimus. in iiii. col. de collu. quod Episcopus potest pro bono pacis ordinare: vt detur aliquid alteri parti: vt ibi latius / & dicetur infra. v. vi. & vii. quæ/ stionibus. Episcopus ergo potest ex officio imponere pen/ sionem super redditibus alicuius beneficii: vt habetur etiam in c. Constitutus de relig. do. & reliquum dicetur in dictis quæstionibus.

## Quinta Quæstio.

Circa quintam quæstionem / videlicet / cuius au/ ctoritate licita pensio possit constitui/ & qualiter & an requisito rectore aut prælato ecclesię cui im ponitur. De Papa est indubitatum: quia habet in beneficiis ecclesiasticis liberam potestatē: vt in. c. Proposuit. de concessi. prebē. & in c. ii. de prebē. in vi. & in clemen. i. Vt lite penden. cum similibus. in tantum quod potest ipse Papa absq; causæ expressione simpliciter īponere pēsionē.

Et istis adde: quæ dicentur infra. q. xviii. Episcopus etiam posset vt dictum est in. q. præcedenti/ sed debet illam imponere cum causæ cognitione ex causa iusta: & apparente & concernente vtilitatem Ecclesiæ: vt dixerunt Oldra. & P. de Anchar. in consiliis alleg. in præceden. quæstione. Insuper dixit Pontanus con. ccclxix. Incip. Circa primum/ in prima col. quod non est dubium Romanum Pontificem in onerando monasterium aut ecclesiam pensione alteri soluenda: & sic in diminuendo iura monasterii aut ecclesiæ/ cum illam existẽtem liberã obligationis vinculo subiecerit: vti potuisse duplici potestate. Primo quidẽ absoluta: et tunc de plano fatetur potuisse onerari Abbate & conuentu/ seu prælato non citato. Si enim vocatur Episcopus in partẽ solicitudinis non in plenitudinem potestatis: hæc facere potest causa cognita & illius loci seu dignitatis prælato vocato cum viuit: vel si vacet locus aut dignitas: constituto eidem vacañ. legitimo defensore ad dictam diminutionem reddituum/ vel illius oneris impositionem vocañ. vt not. Innocẽtius in. c. Vt nostrũ: vt ecclesiæ benefi. in glo. in verbo constituatur: & glo. in Clementina. Si vna. de reb. ecclesiæ nõ alien. Et in. c. dudum co ti. li. vi. de quo tamen per Oldr. con. 225 & con. 256. Igitur & id possit Papa facere non præmissa citatione & maxime quando ecclesia talis aut monasterium immediate spectat ad Romanam Ecclesiam. Et subdit/ quod quemadmodũ Papa de ordinata potestate posset non vocato ipsius monasterii Abbate/ vel ecclesiæ rectore/ illud aut illam alteri loco religioso vnire seu donare. et in consequentiam omnes eius redditus/ put potest Episcopus sui capituli accedeñ. cõsensu/ ecclesiam aliquam ad se pertineñ. alteri loco religioso vnire atque donare: nõ citato illius rectore pro tempore: vt dicit esse casum in. d. Clemen. Si vna. & in. c. pastoralis & c. Consultationibus de donat. Igitur consequens est: quod multo magis possit monasterij redditus absque citatione præmissa solueñ. pẽsionis onere aggrauare. Item quia quaratione Papa potest ex iusta causa dignitatem aliquam seu Ecclesiam grauare certo pensionis onere: eius prælato inuito: vt in. c. Extirpandę in fine/ per locum a contrario. &c.

Equi vocat

Exposuisti. pariter etiā potuit ipso absente vt in regula. Qui potest de re. iu. Secundo potuit idem Romanus Pontifex vti potestate ordinaria & tanquam Iudex ordinarius qui astringitur ad iuris positiui solennitatem obseruandam. Et tunc dicit non esse dubium/ꝙ in ferenda per eum tanquam per Iudicem ordinarium sentētia: necessaria est legitima citatio partis: alias esset nulla. l. fi. C. de legi. c. i. de cau. poss. Et per. c. Pastoralis de re iudi. Cū igit̃ Papa eligit vti potestate ordinaria non autem absoluta (si quidem id facit parte non citata aut non rite) dicit impositionem nullam. Quod autē videatur elegisse viam Iudicis ordinarii: non autem viam principis absolutam/colligit/ quando citat illius monasterii grauandi Abbatem & ipsum non rite citat: dicit actum nullum: vt ibi latius potest per eū videri: super hoc opportune prouidet Regula Cancellariæ Apost. licet sit temporalis. An autem talis ordinatio vel compositio posset fieri auctoritate delegati non habentis a Papa speciale mandatum: Io. de Anañ. in c. Audiuimus de collu. dicit quod non. vt in. c. De cætero de transact.

Sexta Quæstio.

AD sextam quæstionem videlicet. An pensio debeat constitui in quota fructuum / aut redditũum: An vero in quantitate fructuum alias in pecunia. Io. de Ana. in. c. Audiuimus. de coll. in iiii. col. dicit illam ordinandam per viam quantitatis pecuniæ vel bladi/ non autem per modum quotæ: puta constituendo dari tertiam vel quartam partem: quia esset scindere beneficium contra. c. Maioribus de preben. &. c. De cætero de transactio. Ad comprobationem facit quod not. Bar. in l. Si merces. §. Vis maior. ff. loca. Et in. l. Si apes de furt. Et omnino videas quod dicetur in xx. q.

Septima Quæstio.

CIrca septimam quæstionem / videlicet in quanto sit tolerabilis & honesta: & quomodo succuratur grauato. Videtur dicendum quod remanere debeat gra-

uatæ ecclesiæ: tantum quod prælatus aut rector vel presbyter possit commode viuere: alias secus secundum Abb. in d.c. Conquerente. arg.c. vacañ. Et.c. Cum causam de preben. Hinc puto inoleuisse practicam / quod vtplurimum statuitur onus vsq; ad tertiam partem reddituum quantitatiue tamen non per viam quotæ: & si contigerit alienam ecclesiam esse nimis oneratam solet modificari vt in.c. Prohibemus de censi. Et ad materiam optime loquitur Pontanus in d. Consilio, ccclxviii. inter cætera dicens in quinto articulo illius consilii/talem moderationem iustam & canonibus amicam. Adducit not. doct. in c. Præterea de iure patro. decidentium in simili quod si census a diocesano in fauorem patroni/ tempore fundationis impositus ecclesiæ fundatæ in tantum Ecclesiam onerat: quod si soluatur: non possit necessitatibus Ecclesiæ seu substentationi presbyteri subueniri, tunc patroni census debet diminui & moderari. Arg. tex. in .c. i. de consuet. vbi est expressum tolli debere vel moderari consuetudines Ecclesiis grauamen excessiuũ inferen. ergo & pari ratione censuum impositionem & pensionum. Item mouetur arg. tex. in.c. Suggest. de decimis. quem Pont. egregie inducit ad propositum nostrum. Dicit etiam Pont. quod istam quæstionem terminat casus in simili expressus in.c. Quando de censi. Et quod notabilius videtur: subdit idem Pont. quod secundum communem opinionem moderatio illa prouenit in illis terminis ex iustitia nõ ex gratia: quod idem putat idem Pontanus dicendum in pẽsione: quæ nimiũ grauaret Ecclesiam vt possit officio superioris mediante iustitia: ob reddituum diminutionem modificari, quam etiam & in totum posse tolli ex causa: suadente Iustitia / sensit idem doct. ibidem.

¶ Item mouetur & aliis iuribus vt potest videri in præalleg. Con. Et subdit non esse dubium principem per rescriptum modificantem dictam pensionem præsumi motum ex subsistentia iustæ causæ: adeo vt non admittatur probatio in contrariũ: vt eleganter determinat Cynus in.l. Rescripta. C. de precibus Imperat. offeren. Et in .l.fi. ff. si contra ius vel vtil. pu. Et sequitur.d. Anc. in.c. Quæ in ecclesiarũ de

constit. Et subdit/ tanto magis illud procedere vbi princeps illam modificationem faceret ex certa scientia. quæ clausula importat cum vti velle plenitudine potestatis. vt not. glo. in. c. Ad hoc sumus de Rescrip. super verbo elegerint. Quod autem Papa ius quæsitum vni ecclesiæ aduersus aliã nedum ex rescripto/ sed etiam ex contractu possit cum vult. tollere / dicit esse textum expressum in. c. Ex multiplici de deci. & in Clem. Dudum. §. Nos & enim de sepul. vbi dicit expresse Papã cum vult/ ex toto auferre posse ius ex contractu loco religioso quæsitum aduersus ecclesiam secularem & ecõtra. Et subdit ibidem quod nõ est necessaria citatio illius in cuius præiudicium cadit dictæ pensionis sublatio aut modificatio: vt ibi per eũ. Fortius attentat quod cessantibus redditibus ecclesiæ grauatæ & saltẽ ex diminutis ecclesiæ redditibus mero iure sit illi diminuendũ onus vt ibi per eum hæc. mirabiliter faciunt pro ecclesia Mirapicen̄. grauata per Sixtum quartum pensione duc. cccc. danda Episcopo Arelatẽ. quam Mirapicen. postea liberauit. Non loquor vltra/ quia quæstio pendet/ & quia Arelaten̄. dicit sublatum esse sibi ius quæsitum & obtinuit commissionẽ / quod quatenus ei esset per illam reuocationem sublatum ius quæsitum: non obstaret ei reuocatio. Putarem pendere vtrum illa reuocatio pensionis / aut eius moderatio fuerit facta ex mera iustitia/ an vero ex gratia: quia si ex mera iustitia non posset dici sublatum ius quæsitum sanum & considerabile: Sed infectum & vulneratum & non considerabile/ vt in simili dicitur in. l. iii. §. Si is pro quo. ff. quod quis iur. Et prout in simili dicunt dñi de rota per Egidium con. 468 in fi. Et Cald. in ti. de rescript. con. 12. Et colligitur ex dictis doctorum in c. præallegato de preben. in vi.

¶ Relinquo tamen cogitandum & super illo dicto quãdo papa tollit pensionẽ aut modificat/ an sit pars citanda. Ponta. loquutus est nimis ore lato / quia si per viam iustitiæ debebat pars citari vt singulariter declarat Pau. de castro cõ. 51. vbi omnino vidẽdum. Si vero ex gratia & de potestate absoluta & tunc secus. & ita procedit dictum Pont. de quo tamẽ infra dicetur latius. q. xx iiii. & ibi vide Cal. de rescr. con. 15.

## Octaua Quæstio .

SVper octaua quæstione / vtrum pensio sit perpetua vel temporalis/potest dici quod sit temporalis/vt colligitur ex diffinitione pensionis ex dictis supradictis in.i.q.qua si iudicetur absonum dictam pensionē / quæ habet instar seruitutis vsusfructus/a proprietate separabilis ad tempus/nō inperpetuum.vt.l. Antiquitas.c.de vsusfr. cum sit esse perpetuam.sed posset responderi quod cum dicta pensio non constituatur in quota fructuum ecclesiæ grauatæ/ sed in quantitate pecuniæ vel alterius rei/non sit eadem ratio:quā do tamen Papa vni monasterio vel ecclesiæ assignaret pensionem perpetuam super fructibus alterius ecclesiæ/& facultates illius ecclesiæ possent commode ferre illud onus/non video quid obstet.vide ad materiam Pont.in. d.con.369.al leg.supra in v.q.& in.q.præcedeñ.

## Nona Quæstio .

AD nonam quæstionem descēdēdo/ videlicet vtrū obligatio pensionis de qua loquimur:sit personalis vel realis/quo ad omnem effectum/dicendum quod aut quæritmus vtrum obligatio sit personalis/ vel realis/habito respectu ad personā illius nominati/ qui debet soluere pensionem/qua in gratia nominatur persona/per quam debet fieri solutio pensionis/& tunc pensio non dicitur personalis tanquam coherens personæ illius nominati & illius psonam non transgrediens/& quasi finiatur finita persona illius: sed dicitur realis quasi grauans dignitatem seu successorem & ecclesiam viuente pensionario idest illo cui debet solui annua pēsio de redditibus ecclesiæ. probatur in. c. Nisi essent cum glo. penul. de preben . & ita determinat pau.de ca . in consi.51. Incipieñ . Quia exceptiones . cui adhæret dominus Felinus in dicto.c. Ad audientiam.Et tunc ille cui est imposita sine eius consensu : & similiter successor in beneficio vel dignitate poterit compelli ad solutionem non ex obligatione ciuili aut naturali/ quæ ex rescripto non oritur : consi

derando pprie quia oritur pprie ex cōsensu / sed ex quadā astrictione siue obligatione naturali/ quæ oritur ex illa equitate/vt superioribus parcamus. vt per Bar. not.in. l. Iulianus de cond. indebi.& doct.in. l. Ex hoc iure gentiū de iust. & iur. vnde compellitur officio iudicis.l. Si quis sepulchrū. §.i.de relig.& sump.fune.& per Compo.post Inno.in c.Mādatis de rescrip. secūdum Pau. de Ca.in.d.consi. cuius verba impinguaui & confirmaui. Merito hodie Cācell. Apost. seruat quod ille qui grauatur ad pēsionē / obliget se in Cancellaria / vel in Cam. Apost. ad solutionē pensionis & aliter non dantur literæ nisi de mandato Papæ. Et ita dicit regula Cancellariæ. Cum esset reseruata pensio per Sixtum super fructibus beneficii cuiusdā collati Titio/ danda Caio quoad viueret : & decreuisset Papa dictum Titium teneri ad illius solutionem:nec dictum esset aliquid de ipsius Titii successore: an similiter teneretur. Interrogatus. d. Nicolaus de Castello dixit quod non : quia hoc pendet ab imponente / qui solum obligauerat Titium : nec dixerat de successoribus: prout est de stilo dicere in literis Apostolicis quando Papa vult:& facile potuisset : si voluisset. Cum ergo nihil dixit de successoribus: sumi potest argumentum/ quod noluit. Nec obstat secūdum eum quod papa reseruauit ad vitam Caii: quia per hoc nō alteratur forma ex latere Titii : & possibile erit Titium victurum post Caium. Et licet esset constituta super fructibus beneficii : intelligebat scilicet percipiendis per ipsum Titium : non autem per eius successorem : quoniam papa decreuit Titium teneri / & nihil dixit de successore. D. Ant. noster addidit Cancellariā seruare quod in literis nūquam dicatur de successore : nisi nominatim in supplicatione signata : dicatur de successore. Et fortius dicit quod Cancellaria non poneret in literis de successore : si in corpore supplicationis nō fuisset expressum de successore: nisi esset expressum ad partē in clausulis.hoc intellige si sola pensio assignaretur. Si vero sit prouisio per resignationē & pensio : dato quod ad partem nō esset clausula ad successores:si tamē esset ad partem & cū pensione prædicta : satis esset: & veniret : & ita seruatur. Ego substiti propter dicta.

hic.q.lx.& ꝓpter tex.in.c.Nisi essent.de preben.iuncta glo. Aut quęrimus vtrum dicatur personalis vel realis habito re spectu ad bona tanquam obligata vel hypothecata pro pen sione illa: adeo quod non solum successores illius nominati qui succedit in beneficio: sed etiam quicūq; ad quem aliquo modo peruenirent illa bona: censeatur astringibilis ad ipsam pensionem quasi bona illa illius ecclesiæ grauatæ transeant cum onere: & tunc quidam putant illa bona non esse graua ta vel hypothecata in rātum quod si desinant esse ecclesiæ: remaneant subiecta huic oneri. Et hoc sequutus est Paulus de Ca. cōsilio suo.51. in pe.col. dicens quod in præstatione annua nō censetur esse regulariter obligata res / ex qua præ statio datur.ar.l.Caius.&ibi not. de annu.leg.&. l.fi.§.fi.de contra. empt. Illud tamen dicit fallere in alimentis in qui- bus res ex qua præstari debent: censetur obligata. l. ii. &.l. Lucius cum ibi no.ff.de ali.& cib.lega.vnde infert idē Pau. de ca.quod si bona vel fructus ecclesiæ vendantur : non po test pensionarius habere regressum contra illa bona vel res aut illorum possessores: quasi possessores bonorum hypo- thecatorum.alii vt Ludo.pont.suo cōsilio.ccclxxxviii. alias 387.incipiente. In casu propositi Thematis.tenent contra- rium/ scilicet bona licet alienata transire cum onere. Alle- gant pro singul.l.Libert.quæ est quarta illius ti. in. §. Lu- tius cum glo.in verbo agant.ff. de ali.& cib. legat. præten- dens quod ita iudicatur de istis bonis super quorum fructi- bus est constituta pēsio: sicut de bonis obligatis pro alimen tis. Mouetur / quia dicta pensio est assignata super redditi- bus ecclesiæ/dignitatis/mensæ vel beneficii vt communiter exprimitur in Bullis. Dictio autem super / iuncta rei cui adiungitur hypothecam inducit/ ac si dicerem tibi. Mutua mihi decem super tali fundo. illum fundum censeor pigno rare: casum allegat. notabilē in.l.Codicillis.§.Instituto. de lega.ii. quem ad hoc primū ponderauit Bar.in.l.Fundum. ff.de an.lega. Et tu adde tex.in.l.i.C. Communia.de legat. Et ibi. Bal. in.ii.col.Secundo quia dicta pensio assignata su per dictæ Mensæ Ecclesiæ vel dignitatis redditibus vt indi- cabant verba Bullæ: cedunt in causam alimentorum:& assi

gnata videtur in fauorē publicæ / vniuersalis vtilitatis / quia erat constituta vni Cardinali, alleg. glo. in. d. l. Lutius. & in. l. Caius de annuis leg. & in. l. Cū hi. ver. Idem est. ff. de transact. arg. tex. no. in. l. ii. ff. de alimen. lega. licet puter secus / quando assignarentur in aliam causam quam alimentorum assignarentur redditus ex tali fundo. Tunc enim ex tali assignatione dicit sibi non videri nasci hypothecam: sed solum personalem actionē contra assignantem. l. fi. in fi. de an. leg. l. liberto. § prin. iūcta glo. sup verbo. Vēdita sunt. ¶ Quare conclusit præfatum. R. dominum Cardinalem cui talis pensio fuerat assignata super redditibus dictæ mensæ Archiepiscopalis agere posse hypothocaria actione contra dictorum fructuum mensæ Archiepiscopalis successorē vniuersalem aut singularem. Et subdit quod quanquam in literis pensionis dicatur per Papam quod assignat præfato Cardinali super dictis redditibus mensæ Archiepiscopalis annuam pensionem certæ quantitatis soluendam per Archiepiscopū eiusq; successores quos ad hoc vult efficaciter obligari: non videtur propterea inhibuisse facultatē actionis reseruandi contra alios non nominatos / cū dicta annua pensio cedat in causam alimentorum in quibus est speciale quod licet a quibusdam sit actum solui debere: Nihilominus & ab aliis / qui illis succedunt in rebus in quibus concedens voluit solutionē fieri soluendū est. Iste est casus singularis secundū glo. in verbo agant. in. d. l. Libertis. §. Lucius. quem solum tex. dicit sufficere ad dicti art. decisionem. Insuper dicit quod illa adiectio nominationis illius grauati & successoris sit adiecta: tamen cautela hypothecæ fuit adiecta pro ipsius pensionarii cautela: quæ non intelligitur sublata per illam nominationem contra successores bonorum hypothecatorum: quando personalis actiō contra successores bonorum hypothecatorum frustra intentaretur. Casum dicit esse expressum in alia. l. illius titu. quæ similiter incipit. Libertis. §. Ab hæredibus cum glo. sua super verbo peruenerunt. ff. de alimen. lega. Et illum tex. dicit esse solum decidere articulū nostrum: vt possit agi contra successores bonorum obligatorum. Et illa iura loquentia in vltimis volun

tatibus dicit non a iure extendi ad gratias motu proprio cō cessas: sicut arguit Papa in .c. Auctoritate Martini. de concessione preben. in. vi. Cum igitur secundum eum competat duplex actio: vna personalis contra nominatum successorem in mensa/ quæ contra possessorem bonorum singulare intentari non potest: qui percipit redditus. alia hypothecaria ratione reddituum mensæ/ qui redditus sunt hypothecati super dicta pensione. Et ista potest intentari contra singulares vel vniuersales successores / perceptores dictorum reddituum obligatorum: cum dicta hypothecaria sit in rem l. Pig. ff. de pigno. &. l. Pignoris. C. eo ti. Et ista hypothecaria potest intentari contra tertium possessorem / quādo constat principalem non esse soluendo. secundum glo. & doct. in. l. Decem. ff. de verb. obligat. vt ibi latius per eum. Opinio Pauli de Castro forte est verior secūdum dominum Felinum Sandeum Ferrar. in. d. c. Ad audientiam. quia Pontanus secundum eum non videtur efficaciter probare principale suum fundamentum/ scilicet quod prestatio pensionis dicatur prestatio alimentorum. nam secundū eum/ verba litterarum dicūt de redditibus talis ecclesiæ: & vbi illi redditus nō sunt amplius ecclesiæ/ nō videtur inspecto p̄senti statu/ quod subiiciant amplius oneri/ vt. l. In delictis. §. Si extraneus. ff. de noxa. Subdit tandē idem Feli. quod quia cōmuniter verba litterarum pensionis dicunt expresse quod deputant dictas pensiones pro substentatione & alimentis pensionarii / facile reperirentur multi: quibus magis placeret opinio Ludouici. Hæc sunt notanda verba præfati doctoris quæ considerraueram: antequam ipsum viderem. Nam inspectis verbis litterarum dicentium quod pro alimentis/ res videtur expedita/ & quod sit probatum fundamentum Pontani: Nunc antequam eligamus: discutiamus paulisper articulum. Et in primis posito / quod fuerint hypothecati fructus bonorum/ siue expresse/ vt. l. i. §. Cum prædium. ff. de pigno. siue tacite vt. l. In prædiis: ff. qui. mo. pi. ta. contra. certum videtur quod fructus sati/ percepti/ & consumpti a bonę fidei emptore/ seu bonæ fidei singulari successore: nūq̄ fuerunt illius ecclesiæ seu mensæ/ cuius redditus sunt obli-

gati:igitur nunquam fuerunt hypothecati. casus est/in dicto.§.Cum prædium.ergo nō possunt peti.Idem si fuissent sati & pcepti a dicto emptore seu singulari successore/licet extent tales fructus: quoniam nunquam fuerunt in bonis illius obligantis / vel illius ecclesiæ/aut mensæ:vt est casus in eodem.§. Stat dubitatio quid in fructibus satis/aut pendentibus tempore obligationis:qui si considerantur vt pars fundi/cuius tunc erant pars/ vt.l.Fructus pendentes. de rei vend.&.l.fi.§.Vt fructus.ff.Quæ in fraud.cre.& tunc ante separationem a rebus ecclesiarum sunt pars:sic fuerūt hypothecati tanquam pars rei obligatæ.Aut considerantur vt fructus/& illi separati ab emptore rei/nunquam fuerunt debitoris rem obligantis / & nunquam in obligatione inciderunt vt fructus.Et ideo videtur quod nec illi possint peti:licet extent.Et ita videtur tenere Bart. Glo. autem ibi. Et ideo creditor aget hypothecaria pro fructibus.videtur sentire quod possit agi per creditorem cōtra illum singularem successorem/pro fructibus ab eo perceptis/qui erant super re tempore obligationis:quasi censeantur fuisse debitoris:sicut res ipsa/cuius fuerunt pars:& cum illa videntur transire Baldus ibi & Angelus.Super intellectu illius glo.est diligentissime aduertendum: nam vnum innuit in dictis verbis: & aliud ibi. Prima positio vera est secundum quosdam.Igitur pro intelligentia bonum est videre Azonem in Summa.C. de pigno.in ver. Et idem dici potest in fructibus. vsque ibi. Item agitur hypothecaria. Secundo videndum est/ vtrum illa expressio pro alimentis faciat censeri causam piam alimentorum/& fauorabilē/quicunqꝫ sit ille pensionarius etiā diues non indigens alimētis.de quo per doctores in.l.Illud. C. de sacros. eccl. Tertio est aduertendum ad ea/quæ dicit Bal. in.l.i.C. Communia de legatis/ super dictione super. Vbi Baldus facit differentiam/ an agatur hypothecaria contra debitorem obligatum personali obligatione/ an vero cōtra tertium possessorem. Sed reuera illi sunt diuersi termini a nostris.Et circa hypothecam an sit constituta super rebus ex quarum fructibus debet solui: videndum erit quod dicetur infra.q.xxi. Tandem quando Papa dicit quod deputat

dictas pensiones pro substentatione & alimētis pensionariis videtur tutius inhęrere verbis: & quod simus in pēsione cō stitura pro alimentis: & per consequens quod fuerint fru- ctus hypothecari super quibus constitura est: etiam si pen- sionarius sit diues aliunde:& non indigeret dictis alimentis: quia ineptum videretur dicere qnod papa qui habet liberri mam potestatem in beneficialibus/ in fraudem iuris sit vsus illo verbo pro alimentis, quinimmo videtur quod voluerit saltem quod habeat vim alimentorum annuorum & prærro- gatiuas alimētorum & consequenter hypothecam. Et idem forrasse esset dicendum in Episcopo seu ordinario dante pensionem pro alimentis indigenti/ videlicet vt resultet hypotheca prædicta consecutiue. Quando vero constituis- set non indigenti: putarem distinguendum/ an ex causa lici ta vel illicita/ vt primo casu sit idem: secundo non, argumen to eorum/ quæ dicta fuere supra. q. v. Non obstant quæ ha- bentur in dicta. l. Illud. C. de sacrosan. eccl. Nam ibi in frau dem legum & canonum asseritur aliquid aliter quam sit in veritate/ vtputa quod ad pias causas fit erogatio/ quæ fit di- uiti: quod facere non potest ille asserens in fraudem legum quibus suppositus est. Vbi vero papa in literis pensionis di- xisset: quod assignabat pensionem de & super fructibus & redditibus talis monasterii/ ecclesiæ/ seu mensæ Titio ad vi- tam: & non dixisset pro substentatione & alimentis tunc sub distinguendum. Aut ille/ cui assignabat: erat indignus/ & pauper/ ita vt coniectari possit: quod assignauerit pro alimentis iuxta not. per doct. in. d. l. Illud. & in. l. Cum hi. §. Si vni. ff. de transact. tunc putarem resultare hypothe- cam/ ac si dictum fuisset pro alimentis. Si vero erat diues vel non indigens/ sed assignaret: vt eum faceret ditiorem: & vt decētius posset statum suū honorabilius ducere: putarē quod nō resultaret hypotheca/ qa in vero non sapit causam alimentoꝝ vere/ nec expressit quod pro alimentis. Et isto ca- su procederet opinio Pauli de castro in dicto suo consi. 51. quia ista hypotheca non subintelligitur nec inducitur in aliis præstationibus annuis quam in alimentis. l. Caius. & ibi not. de annuis legatis. l. fin. ff. de contra. emption. &. d. l.

Cum hi.§.Si vni.& probat in.d.l.ii.&.l.Lutius.ff.de ali.& cib.legat.inducens eas per locum a speciali.Ex praemissis se quuntur aliquae conclusiones. Prima quod post mortem illius nominati grauati/ siue sit Praelatus/siue Rector ecclesiae siue Administrator/aut alias in dignitate / adhuc durat pensio:cum sit in hoc realis/& annexa dignitati/beneficio aut mensae/vnde successor teneretur:& posset cōpelli etiam soluere.c.Dilectus.de foro compet.&.c.i.de solut.& hanc conclusionem etiam ponit.d.Paulus in dicto suo consilio.de quo articulo etiam dicetur infra.q.x.&.xi.& forte aliquid in xxii.q.Et hoc consueuit etiam exprimi in litteris confectis super assignatione pensionis ad tollendum omne dubium

Secunda conclusio est/ quod si res ecclesiae/mensae/vel dignitatis/cui est imposita pensio/aut fructus bonorum venderentur:& post venditionem essent apud tertium singularem successorem/non obligatum aliqua actione personali/neque compellibilem officio iudicis ex persona sua/& conueniatur hypothecaria:quandoque iuste conuenitur:videlicet quando resultat hypotheca:& iniuste quando non sunt illa bona/seu fructus obligati.Quod quando fit:potest colligi ex praemissis.Et omnino vide per dominos de Rota in ātiquis deci.869.in meis impressis fol.84.vbi ad rem.& per Oldradum consilio.226.

## Decima Quaestio.

IAm ex ordine se offert quaestio.x.videlicet super quibus bonis constituatur pensio/de qua loquimur.Dicēdum videtur quod super bonis/& iure temporali & redditibus alicuius ecclesiae/monasterii/mensae/vel beneficii/in quibus cadit onus dictae pensionis tanquam seruitus quędā ad instar vsusfructus a proprietate separati/nō autem super iure/aut pro iure spirituali ecclesiae/vel similiū corporum/vt in.c.Constitutus de religio.domi.Et ita declarant illum textum Cardinalis Floren.& Ant.de Butrio/ibi: dum in tex.dicitur quod Episcopus concessit abbati omne ius quod habebat tam in ipso monasterio quam in ecclesiis

pertinentibus ad ipsum & situatis in diocesi Episcopi. Et li-cet non esset connexitas spiritualitatis & temporalitatis/ta-men contractus tenet/& non censetur simoniacus/ quia pe-cunia censetur dari pro temporali/vt est dictum.& idem di-cit Ioannes de Anania in.c. i .in col.vii.de.Simon.Idem te-nent Moderniores in dicto, c. Ad audientiam de Rescriptis Inter quos idem explicite tenet dominus Felinus diligen-tissimus commentator clarus/distinctus / & copiosus. Adde quæ dixi supra.q.i. & quæ dicentur infra.q.12 .

## Vndecima Quæstio .

VNdecimo quæritur/si pensio decursa non fue-rit soluta per prædecessorem in beneficio/vel dignitate/vtrum possit exigi a successore/an ve-ro ab hæredibus prædecessoris/ si quos habet. In primis hæc quæstio non est intelligenda/quo ad pensio-nem/quæ cessit tempore successoris: & ipsius tēpore cucur-rit:quoniam ad illam indubitanter tenetur successor: vt in c.Nisi essent de preben.Est enim realis quo ad hoc/ vt dictū fuit supra.q.ix.vbi plene de hoc.Item non esset intelligen-da in casu / quando prædecessor cessasset soluere propter exiguitatem fructuum & reddituum eo casu/quo propterea excusaretur propter talem sterilitatem aut diminutionem: quod quando sit / dicetur infra. q. xxii.Sed ipsam intelligo quando prædecessor debuit soluere & potuit/quia fructus & redditus percepit:& consumpsit/ aut alienauit/& non ex-tant:& pensionarius/vel neglexit/ vel fuit delicatus exactor: vel fecit quantum potuit/ & nō exegit.In isto casu /licet istud sit debitum ecclesiæ / dignitatis/ vel mēsæ/cui iniunctum est quia tamen solui debebat de fructibus & redditibus a præ-decessore perceptis/qui ab eo percepti sunt / & consumpti: si quidem in vtilitatem ecclesiæ grauatę sunt consumpti:ex peditum videretur: quod tale æs alienum soluat successor iuxta not.in.c.primo de solutionibus & in. c.Peruenit/& .c. Quod quibusdam de fideiussoribus/ cum similibus. Si vero fuerint consumpti in malos usus/vel in vtilitatem proximo,

rum/vel in satisfactionem æris alieni priuati/ipsius prædecessoris: tunc stat difficultas mea: vtrum teneantur hæredes eius prædecessoris/siquos habet: an vero successor. Et si successor / & immineat onus pēsionis decursæ plurium annorum tempore prædecessoris / & onus pensionis quæ currit tempore successoris / adeo quod ipsi successori sit onus intolerabile satisfacere dictis oneribus: quid agendum. ¶Primo & ante omnia puto/quod si in malos vsus/vel in vtilitatem proximorum / vel in satisfactionem æris alieni priuati/ & talis/cuius satisfactio non spectat ad ecclesiam: & consequenter nec spectabat ad ipsum / vt prælatum vel rectorem/nec ad successorem : quod hæredes ipsius qui dissipauit: teneantur refundere : tanquam hæredes illius obligati ex obligatione orta ex cōtractu/quo se astrixit ad pensionem: aut obligatione causata/ vt dictum fuit superius . Item obligatione causata ex delicto/ vel quasi ipsius dilapidatoris / & in suos priuatos vsus consumptoris. Ad hoc probandum moueor: nā quando / Clericus consumit redditus beneficii voluptuose: teneatur ad illorum restitutionem quasi fur / cum distrahat rem ad vsum non proprium / sed alienum ab ipsa re, late Archidiacon. in. §.i.xliiii. distinct. super verbo permittitur . per illum textum & alia plura iura / quē sequitur ibi Dominicus. Idem puto si dispersit in vtilitatem proximorum in casu nō permisso: vel in satisfactionem debiti sui priuati ecclesiam non concernentis. Et hoc putarem expeditum secundum illos/ qui tenent quod non possit clericus vllus soluere debita propria de redditibus ecclesiæ. vt Archidiaconus in.c.Statutum. §. Assessorem de rescriptis in. vi. & Abbas in.c. Cum esses de test. in repet. & in sua disputatione/Clericus. Et posito quod vellemus tenere opinionē aliorum plurium volentium/quod non solum is qui habet beneficium simplex / sed etiam prælatus/ etiam regularis/ teneatur de debito contracto per se / & non intuitu ecclesiæ satisfacere de redditibus beneficii: vt in.c. Peruenit. de fideiussoribus / ne creditores fraudētur si mutuant: aut clerici non inueniant / qui sibi credant: & sic essent quasi Iudæi inter Christianos: cum tamen omnes experiamur: quod sæpe opus est ab illis mutuari : vt

voluit Cardinalis Floren.in.d.c.Peruenit.& videtur tenere d. Antonius in.c.Olim.de restitut.spoliat.Clem.ii.& Speculator/quādo nō habuit alia bona. in titulo de sent.exec.§. Sequitur.ver.Quid si debitor. Et Collectarius in.c. Odoardus de solutioñ. vbi dicit quod vidit in Curia seruari quod clericus nihil habens de patrimonio admittitur cedens fructibus beneficii/deducto eo quod sufficit pro administratione diuinorum:& prout cum aliquo temperamento admittit Gaspar de Cald.in suo consilio in titulo de solutionibus. & prout dicit Abbas in dicto.c. Peruenit.quod licet in puncto iuris teneat negatiuam ibi sicut alibi/ tamē subdit quod communis opinio inualuit aliter/quia hodie clerici appropriant sibi omnes redditus:& disponunt ad libitum. vnde visum fuit Curiæ & aliis iudicibus/quod melius esset quod darent suis creditoribus/quam vt disperdant in aliam causam. Non dubitarem quod nullus præfatorū doctorum admisisset: quod posset suis priuatis creditoribus satisfacere de redditibus ecclesiæ obligatis & hypothecatis pro dicta pensione:& omittere debita ecclesiæ/& satisfacere creditoribus suis priuatis.quod quando fit:quod resultet hypotheca dicetur infra.q.xxi.& xxii. Et si reperirentur dicti fructus extantes/possent auocari a detentoribus eorum. Sed illis consumptis/si hæredes beneficiati obligati ad pensionē/essent soluendo: dicitur illos cogi:quasi hæredes obligatos & locupletatos de bonis ecclesiæ:vel refundere debere ecclesiæ/ & successori illud male solutum: vt possit per successorem satisfieri pensionario. Quod si vel non sint hæredes/vel non sint soluendo/& successor onus pensionis præteritorum annorum decursorum tempore prædecessoris / & non solutæ vna cum decurrēte tempore suo ferre non possit:quid fiendum/subsisto/malens probabiliter dubitare/ quam temere diffinire aut inconsulte:cum nunc ocium mihi non suppeditetur. Putarem tamen posse decidi ex dictis Ioānis An. in regula.Non est in mora/de reg.iur.in vi.in Mercuria.dominus Dominicus in.c. Præsenti de off. ordin. vbi omnino videndum.

## Duodecima Quæstio .


DVodecimo queritur / vtrum dicta pensio alicui constituta super redditibus beneficii alicuius quod alius habebat in titulum / vel in commendam: habeatur ab ipso pensionario in titulum beneficii/ vel quo iure. Inprimis non potest negari/ quod pensio possit constitui & assignari pro ecclesiastico beneficio/concurrentibus his/quæ requiruntur ad essentiam beneficii ecclesiastici:vt per doctores in.c.Postulasti.&.c.Ad audientiam de rescriptis.& per Caldarinum post Ioannē And In.c.In nostra.eodem tit.& per eundem in.tit.de prebendis consilio.vi.& consilio xxix.vbi multa tanguntur de pensionibus & de essentialibus ad beneficium ecclesiasticum etiam titulum beneficii ecclesiastici:de quo etiam per dominos de Rota conclusione.ccx.in antiquis incipieñ.Nota quod pauper.Item potest assignari non in titulum beneficii ecclesiastici/sed in stipendium/vel subuentionem/cuius esset capax etiam laicus / vt habetur in dictis locis:& tactum fuit supra quest.iiii.& hoc est communiter in vsu.Ideo dicebat Baldus in dicto.c.Ad audientiam.de rescriptis quod pensio de sui natura non censetur beneficium ecclesiasticum/cum possit assignari laico:nisi sit talis pēsio quæ consueuisset pro ecclesiastico beneficio assignari.Allegat Archidiac.in.c. Quāuis & primo de prebendis in.vi.tex.etiam in dicto.c.Ad audientiam Clemen.ii.Ibi annuas pensiones seu alia beneficia pōderat per Abb.quod pensio/quæ super redditibus ecclesiarum aliquando alicui conceditur : non potest dici beneficium idest ecclesiasticū . Idem probatur in dicto. c. Quāuis & ratio est quia nullā spiritualitatē habet in se:sed etiā quid mere tēporale:Ideo appellatione bene. eccle.non venit annua pēsio secundum Abbatem . & idem notat Dominicus: & Moderni in dicto capitulo Quamuis.inferēs quod verbū beneficii positum in litteris beneficialibus comprehendit beneficium ecclesiasticum / quod datur in titulum habens ius spirituale / non autem illud quod consistit in sola tēporalitate.Ponit etiam elegāter Caldar in Rep. c.In vestra de re

scriptis.q.iii.quod dicat pprie bñficiũ ecclesiasticũ/& cõclu dit q ex parte personæ puidẽtis/qualitatis eius cui prouide tur/qualitatis ipsius beneficii / & modi in puisione seruãdi. de primo quia non nisi per Episcopum vel prælatum eccle siasticum potest fieri prouisio / & si quãdoq; fiat præsentatio per laicum patronum/ni prouisio spectaret ad laicũ ex pri uilegio Papali: alius enim quam papa tale priuilegium con cedere non potest.& sic intelligitur.c.Dilectus. de preben. cum similibus. Item quia ille/qui habet prouidere tale bene ficium sibi retinere non possit.c. fi.de institut. cum simil. Se cundo quia de illo non potest prouideri nisi clerico.c. Cum adeo de rescriptis. cum similibus. Tertio quod habeat ali quid spiritualitatis annexum/vel cui annectitur. Vnde pro pter diuinum officium datur beneficium ecclesiasticum.c. fin.de prebendis. cum simil. Item quod perpetuum sit quo ad eum cui confertur.hoc est enim proprium beneficiorum ecclesiasticorum/vt ibi late de hoc. Quarto/quia debet pro uidere pure/& sine pacto vel conditione/& non pro commo do temporali/alias committeretur Simonia.i.q.i.Sanctorũ cum simil. Nec est ius secundum eum in nomine/siue bene ficium/siue officium/ siue possessio/ siue præstimonium/ vel pẽsio appelletur.xvi.q.c.i.Possessiones.&.c. fi.de clericis nõ residen. c. Conquerente. dummodo in eo prædictæ condi tiones concurrant / & sic in beneficium conferantur non in stipẽdium. Facit quod not. Goffredus & Compostellanus in dicto.c.Postulasti.& Doctores in dicto.c. Quamuis.

¶Ecce ergo quod patet pẽsionem posse assignari interdũ pro ecclesiastico beneficio / videlicet concurrentibus essen tialibus beneficii ecclesiastici: de quibus dixi. Itẽ patet quod communiter consueuit assignari non in titulum beneficii ec clesiastici/& pro aliquo iure spirituali annexo / vel cui anne ctitur/sed pro temporali vt supra est dictum.& dixi supra.q. i. &.q.x. & super fructibus & redditibus temporalitatem sa pientibus. Et hæc pensio quatenus est commodum tempo rale/ nõ autem titulus beneficii/fuit diffinita supra in prima q. vt ibi dixi. Non obstat præmissis textus in dicto. c. Ad au dientiam. Clem.ii.ibi. Annuas pensiones seu alia beneficia

quasi ex illa dictione alia/ inferatur/quod pēsio sit beneficiū iuxta not.in.l.Qui vina.§.Cui dulcia de vi.t.& oleo lega= to.Nam vel potest intelligi quando pensio esset assignata in beneficium ecclesiasticum. Vel aliter/ quia dictio alius/non implicat/ quando per alia iura est declaratum quod aliquid non sit simile.c.Sedes.de rescriptis. Vel melius vltra docto res/illa dictio alia implicat non ad pensiones/sed ad alia be= neficia scilicet diuersa ab illis quibus renuntiauit:de quibus loquitur dictum.c.Ad audientiā.Nec obstat quod videatur sapere naturā beneficii / quasi subroget loco beneficii: quia nec sapit naturā beneficii ecclesiastici: vt supra est ostēsum. nec etiam subrogatur loco beneficii/immo est quid separa= tum/& pendens a proprietate beneficii/vt dictum fuerat su pra.q.i.& datur pro temporali/& vt plurimum ad tempus. Et posito quod de pensione debeat fieri mentio in impetra= tione alterius beneficii/ vt dicto.c.Ad audientiam:non ideo debet fieri quia sit beneficium. Patet quia etiam debet fieri de præstimoniis secundum quosdam quæ dantur in stipen= dium vt per doctores in dicto.c. Postulasti.& elegāter etiam confutauit dicta apparenter obstantia inducta per Barbati= am ibi dominus Felinus: vt ibi per eum ¶ Sed verius puto quod nec de pensione / nec de præstimoniis quæ dantur in stipendium/& non in titulum beneficii ecclesiastici non de= bet fieri mentio saltem in litteris gratiæ vt infra dicetur.q. xxvi.Et pulchra dicta ponit Caldarinus in titulo de preben= dis consilio.vi.ad cognoscendum quando dantur in stipen dium vel in titulū beneficii ecclesiastici / vbi omnino vide: & vide Cardinalem in Clementina fin. de officio ordin.q. ix.x.&.xi. Et prædictis addendum quod eleganter dicunt domini de Rota in antiquis concl.ccx. quæ incipit.Nota ꝙ pauper. vbi ponunt de pensione perpetua constituta iure beneficii/quæ transfertur de persona in personam/& alias non est beneficium:quia non constituta ab ecclesia/&c. Item ponunt de pensione assignata pro titulo beneficii/& auctoritate Episcopi instituta/sed moritur cum persona. Et ideo dicunt quod non est beneficium / vt ibi latius.de quo etiam per dominos de Rota conclusione.xi. sub titulo de

alius



prebeñ.vbi dicunt quod intitulatus ad certam pensionem annuam ad vitam suam super certis bonis cuiusdam laici & ad illum titulum/ ad sacros ordines promotus/non tenetur in impetratione beneficii a Papa vel gratiæ ad beneficium facere de illa pensione mentionem:quia talis pensio non est beneficium ecclesiasticum / nec titulus perpetuus/ & spiritualis/ quia eo moriente expirabat:& secundum eos tunc solum tenetur facere mentionem cum obtinet beneficium ecclesiasticum & spirituale / præsertim tale quod post obitum eius esset alteri conferendum & sic intellexerunt domini illa iura:& sic dicit Collector illarum decisionum fuisse pluries obtentum.Subdit idem Collector quod contra dictam opinionem videtur esse Archidiaconus in Rosario.iii. quæstione.ii.Clericus.& quod not.per Ioannem And. in dicto.c.Postulasti.de rescriptis in Nouella super glo. Inter.de hoc videndum ibi per modernos:& aliquid vltra dicetur infra quæstione.xiii.xiiii.xv.xx.&. xxv. Et aliquando conceditur in beneficium personale ad vitam clerici recipientis tantum.De quo per Oldradum consilio.ccxxvi.incipiente Quidam Episcopus.

## Decimatertia Quæstio.

Circa decimamtertiã quæstionem / videlicet vtrũ laicus sit capax huiusmodi pensionis/& quando/ & ex qua causa.Ad hoc dicẽdum/ quod siquidem talis pensio datur super rebus temporalibus / & pro iure temporali / & pro temporali commodo/ non super spirituali iure/nec pro iure spirituali/ nec in titulum beneficii ecclesiastici / sed in stipendium aut piam subuentionem alicuius laici/laicus est capax talis pensionis:vt patet in locis allegatis in quæst.præcedenti/& ibi dixi/ & docetur infra. q. xiii.&.xx.Hinc dixit Petrus de Anchar.in consilio . cclxxiiii. incipiente.Quæstio proponitur. quod ex causa rationabili puta ob euidentem vtilitatem ecclesiæ /potest Episcopus in collatione ecclesiæ imponere onus alimentandi illum / qui renuntiat ecclesiæ de redditibus ipsius ecclesiæ:& loquitur

in sene inepto ad curam animarũ. Idem puto consensisset quando fuisset constituta ad subuentionem alicuius pauperis sacerdotis / vel etiam laici benemeriti de ecclesia grauata / quia curã habet ecclesiæ / &c. Ita in terminis dixit Laud. in Clem. i. de rebus ecclesię alienan. vel non. quem sequitur Card. Floren. ibi quæst. xvi. dicens quod indigenti & paupe ri ad substentationem / & in elemosinam dari possunt. x. q. i. cap. penult. & fin. vt ibi latius. Oldradus etiam in consilio ccxxii. incipiente. Quidam Episcopus. dum impugnat pensionem constitutam per Episcopum cuidam nobili tãquam benemerito erga ecclesiã / mouetur quia de meritis non constabat. Item quia donatio erat in quantitate enormi. Vnde potest inferri Oldradum sensisse quod vbi concurrunt merita: & de ipsis constat: potest Episcopus in quantitate moderata aliquam pensionem deputare alicui etiam laico quoad vixerit de redditibus ecclesiæ. Bene faciunt quæ dixi supra quæst. iiii. in Papa esset expeditum quod posset assignare laico. Ad materiam etiam vide Cardinalem Flor. in Cle. fin. de preben. quæst. xii. in simili quæst.

## Decimaquarta Quæstio.

SVper decimaquarta quæstione / videlicet an pensio possit commutari cum beneficio ecclesiastico. Laud. Butrius / Cardinalis / Imola in dicta Clem. i. §. Eadem. de suppl. negligen. prælatorum. dicunt quod non: quia nõ est titulus ecclesiasticus / cum sæpe detur pro beneficio / seu officio temporali. xvi. q. i. Illud de Simon. Cum essent. & de pac. Cum pridem. voluit dicere quod vbi esset beneficium ecclesiasticum valeret permutatio. de quo in. c. Quæsitum de rer. permut. & in. c. de re. permut. in. vi. & in dicta Clemen. i. & in Cle. vnica. eod. tit. sed vbi pro re temporali / non. Quod quando sit: vidimus supra. quæst. xii. Et idem voluit Federicus in tractatu permutationum. quæst. ix. & Petrus de Perusio in Repetitiõ. c. Exhibita. de reb. permut. Adde prædictis pulchram quæstionem / quæ fraternizat in Clementina. i. de reb. eccl.

non alienandis/per Cardinalem Florentinum quæst. xvii. & ibi omnino vide. & omnino vide Cardinalem in Clemen. fin. de preben. quæstione. xii.

## Quintadecima Quæstio.

AD quintamdecimam quæstionem/quæ est si pensionarius fiat miles/ vel vxoretur/ vel consecretur in Episcopum/ an vacet pensio: dico secundum Laud. Butrium/ Cardinalē Floreñ. & Imolam in Clem. i. §. Eadem de suppl. negligen. prel. quod nō: si non est beneficium ecclesiasticum/ sed pro temporali cōmodo assignata: & remittit se Card. ibi in. iii. quæst. ad Hostiensem in Summa/ de vita & honestate clericorum. & de clericis non resideñ. & ad not. de rescriptis. Postulasti. Butrius etiam in dicta Clementina. i. &. §. Eadem. dicit apertius: quod dicta pensio non vacat aliquo dictorum casuum: vbi non est assignata in beneficium ecclesiasticum/ sed pro officio seu seruitio temporali iam impenso vel impendendo vt p pulsando cāpanas vel quid simile. de iu. iur. breui. de vi. & hon. cler. c. i. &. c. i. de cleric. non resideñ. de rescriptis. Postulasti. xv. q. i. Possessiones. &. c. Illud. & idem sequitur Imola in dicta Clem. i. Adde dicta supra quæst. xii. &. xiii. Et omnino vide Card. Floreñ. in Clem. i. de reb. eccl. non alienā dis. q. xviii. pro declaratione & limitatione præmissorum.

## Decimasexta Quæstio.

SVper decimasexta quæstione/quæ est. Quid si fructus/super quibus est constituta pensio/ perierint: vel sint notabiliter diminuti propter sterilitatem vel alium casum fortuitum: an fiat remissio in totū vel in partem: & vtrum habeatur ratio vbertatis præcedentis anni vel sequentis: Videtur dicendum cum Paulo de Castro in consilio quinquagesimo primo sæpius allegato supra esse distinguendum/ vtrum fructus & prouentus/ de quibus & super quibus debet solui pensio/ sint appositi gratia

taxationis/an vero demõstrationis. Nã primo casu/quando gratia taxationis/fructibus non perceptis/dicit nil deberi tanquam sit pensio limitata ad fructus certi temporis/qui in rerum natura non sint.l.Si seruus. §. Qui.v. de leg.i. cũ similibus. quasi tunc insit tacita conditio: si nascentur.l. Interdum de cond.& demo. cum similibus. Secundo vero casu/quando gratia demonstrationis/illa demonstratio nõ restringit.l.Paulo Calimacho.§.fin.de legatis tertio.cum similibus. Et subdit idem doctor in dicto consilio:pro intelligentia præmissorum/esse prętermittendam talem theoricam & doctrinam/quæ sibi videtur de mẽte textuum & glosarum: Quod interdum præcedit aliqua dispositio significãs quid solui debeat:postea subnectitur locus/vnde debeat fieri præstatio: & sic sunt duæ orationes. verbi gratia/dicit testator. Volo decem dari Titio.postea subdit. quæ volo sibi solui ex redditu talis rei: tunc redditus ille videtur appositus gratia demonstrationis.vnde licet redditus non subsit:hęres tamẽ soluere cogitur. Casum dicit esse in lege. Quidam test. de legatis primo in principio. & in dicta. l. Paulo Calimacho. §.fin.& in. l. Lucius.ff. de alim.& cibar.legatis. Interdũ vna tantũ est oratio significans quid/& vnde solui debeat. Verbi gratia/dicit testator. Volo ex fructibus/vel redditibus talis rei solui decem Titio/quolibet anno: tunc fructus videntur gratia taxationis/vnde eis non existentibus/non debet hæres ad solutionem compelli/nec vltra quam vires fructuum patiãtur. Casum dicit esse apertum in. l. Nomen debitoris. §. Vni ex hæredibus de legatis. iii.& in.l. Si quis legauerit. in .§.Quibus Lucius. de legatis.ii.Ex quibus theoricæ præmissis infert/quod quando in literis assignationis pensionis in vna & eadem oratione dicitur sic. Pensionem solui de & super fructibus & redditibus talis prioratus vel mensæ/important taxationem. Sed si primo iussisset solui pensionem: deinde in alia oratione designasset vnde: tũc demonstrationem faceret. Hæc præfatus doctor in dicto cõsilio. vnde dominus Felinus dicto.c. Ad audientiam. conclusione.vi. dexterrime dixit: quod vbi præcedit generalis dispositio cum solutione annuæ pensionis/& postea sequitur locus vel ma-

tetia vnde debeat præstatio fieri/tunc sunt duæ orationes:& ideo redditus non videntur adiecti causa taxationis/idest quod ex ipsis detrahatur pẽsio/ & non aliunde. immo pensio omnino præstãda est: etiam si redditus forte non subsint propter sterilitatem. Intelligo enim quando non subsunt ex ea re de cuius fructibus debebat solui non taxatiue/sed demonstratiue: percepit tamen ipsos fructus & redditus aliunde: adeo quod ecclesia potest subire onus illud. Quando vero vniuersaliter non percepisset ex aliquibus bonis/ nec posset ferre onus/ tunc videretur durum quod possit vrgeri: nisi dicas quod recurrat ad superiorem pro iustitia/ vel gratia/iuxta ea quæ dixi supra quæstione. vii. Quando vero in vna & eadem oratione exprimit onus pẽsionis cum adiectione ex fructibus &c. puta soluas pensionem de talibus redditibus / tunc illi redditus non censentur nominati causa demonstrationis / sed causa taxationis. Et ideo fructibus non existentibus/ non posset quis grauari ad pensionem secundum eum allegantem Paulum de Castro in prææallegato consilio:quod dicit esse valde quottidianum pro istis qui soluunt pẽsiones de fructibus beneficiorũ quia si aliquo anno non percipiunt fructus:dicit eos non teneri ad pensionem:quia gratia taxationis adiecti videntur: vt dicta. l. Quidam test. & dicta lege. Nomen. §. Vnum ex heredibus.&idem dicit sensisse Abbatem in.c. Nisi. ante finẽ de prebendis. Subdit idem Paulus in eodem consilio:quod si habens soluere pensionem/pateretur vno anno sterilitatẽ & sequenti anno esset fertilitas fructuum:posset peti solutio dictæ pensionis etiam pro anno præcedenti compensando sterilitatem cum vbertate.l. Ex eo.ff. de vi.& oleo legato. ex eo maxime quia præstatio consistit in pecunia.l. Firmio. in principio. ff. Quando dies legat. ced. Secus dicit quando vna tantum solutio fieri deberet.l. Cum certus.ff. de vi.t.&. ol. legat.& per doctores in.l. Inter stipulantem. §. Sacram de verb:oblig.& in.l. Si quis argentum. §. primo.& ibi Salicetus. C. de donationibus. pro quibus dicit idem Sandeus glo. sibi videri in.c. Nobis. in glo. fin. xii. q. ii. quæ dicit quod prælati ecclesiarũ non possunt allegare sterilitatem tẽporis.

& incursionem hostium:si præcedentibus annis habuerunt redditus vberes:prout etiam dicitur in.c.propter sterilitatē de locat. Et cum præmissis videtur trāsire dominus Felinus in præallegato.c.Ad audientiam.licet de materia se remittat ad diuersa loca.Facit ad materiam:quod dicit Paulus de Castro consilio.xix.in vltimo quæsito.Sed pro certo iste articulus principalis cum suis membris habere videtur latentes scrupulos. Examinemus igitur aliquanto minutius: & proponamus nobis solennem decisionem dominorum de Rota in antiquis conclusioñ. viii.&. lxviiii.quæ incipit.lego pro anniuersario.Vbi concluditur per eos:quod si testator legat pro anniuersario faciendo certas mensuras annonæ quas sibi seruant G.&. R.fratres pro quodam affirmatiuo quod habent in certo loco:liberantur hæredes cedēdo actiones contra dictos.G.&.R.&c.Et in examine quæstionis discutiunt intellectū omnium iurium allegatorum per dñm Paulum in dicto consilio: & ponūt illam theoricā facientem differentiam inter vnam orationem:& duas/& quando adiectio loci/vnde soluatur:est facta causa demōstrationis vel causa taxationis: quam posuit dominus Paulus. Et ad dictā decisionem esset recurrendum tanquam ad fontem pro examine similium quæstionum / quia subtiliter & abunde discusserunt'Et in primis vtrum liberentur hæredes cedendo vt dixi.Secundo an soluendo illud affirmatiuum : pro quo debentur illæ duæ somatæ:sit obligatum pro dictis duabus somatis:vel an tota hæreditas testatoris & sic hæres perpetuo debeat duas somatas annonæ prædictas/&nil aliud/& liberetur cedendo contra illos G.& R.Tertio si pro tempore non possent percipi vel haberi dictę duę somatæ de illo affirmatiuo:vel propter deteriorationem:vel minus valentiam dicti affirmatiui:prọ quo debentur illæ duæ somatæ:vel alias propter depauperationem dictorum G.& R. vel ipsorū successorū:vel propter guerras/an hæres de aliis bonis hęreditariis dictam pensionem debeat si ab illis debitoribus nō possit exigi/& sic nō liberet solū cedēdo/ immo pro tota pensione generaliter tota hęreditas distringat/si exinde non possit pcipi. Et pro affirmatiua quod generaliter/& omnino in

omnē euētum hæres teneatur/ quasi illorū.G.&.R.nomina annua sint adiecta causa demōstrationis/ nō autem taxationis/dicunt prima facie videri textus expressissimos/in dicta l. Lutius de alimentis legat.& in dicta.l.Paulo Calimacho. §.fin. de legat. iii. & in. d.l. Quidam test. de legat. primo. Item quia illa verba adiecta legato non faciunt conditionē sed potius demonstrationem arg.l. In cōditionibus. vers. Sed proinde de cond. & demonstr.ergo omnino debeantur licet inde dicta pensio non possit colligi. Et quod suppletio sit facienda adducunt in argumentum dictā.l. Ex eo primo. ff.de trit. vi.& oleo legat. l. Fundus. ff. de annu.legat.&l. Firmio.ff.Quando dies leg.ced.&. §. Sacram vt ibi latius.

¶In contrarium pro negatiua / & quod hæres liberetur cedendo/ nec ad plus teneatur nisi taxatiue ad illas duas somatas quas debent.G.&.R.nec de aliis bonis aliquid sit supplēdum per hæredes/ licet dicta pensio diminueretur/dummodo sine hæredis culpa. Moti sunt quia legādo duas somatas quas seruāt.G.&.R. videtur legasse duas somatas/quas ipsi debent/ quia seruarunt. Constat autem quod quando testator legat: quod alius tertius debet etiam adiecta certa quantitate/puta centum vel decem / quæ Titius debet:id solū est in legato /quod debet Titius:in tātum quod si minus vel nihil debet:non debet aliunde suppleri. l. Si sic.§.i.ver. Sed si addiderit.de legat.i.cum.l.Legaui.de lib. legat. ergo idem in proposito.Insuper dicūt quod ista dictio. Quis vel Qui. iuncta verbo tertiæ personæ / cum respicit aliquid taxatū in quantitate consistēs facit conditionē/ licet quod iungeretur verbo primę psonę:scilicet si debeo:faciat demonstrationē: quādo legatur ante taxatū in quantitate consistens. scilicet decem:& ideo faciebat demonstrationem/quæ clausula non vitiat. Aliud quando dictio. Quæ.esset adiecta tertiæ personæ quia facit conditionem:& falsitas conditionis vitiat legatum:vt dicta.l.Si sic.§.i.primo responso.&.l.Si nō designata. C. de fal. cau. adiecta legato. & instit. de leg. §. Sed si vxori.& dicta.l. Legaui circa medium. & hinc dicunt fuisse sententiam Petri.in.l. Stichum / qui meus erit. de legatis.i. Item sunt moti quia testator sub vna conceptione legat: &.

quis vel qui

taxat & declarat quid legat: & vnde: quia dicit lego duas so-
matas/quas tales mihi seruant. Ergo videtur in dubito tale
legatum fore taxatum / non demonstratum & illam adiectio
nem scilicet quas seruant: quam simul sub vna conceptione
cũ legato profert: videtur in dubio fecisse causã taxationis
non demonstrationis secundum doctrinam Dini in dicta. l.
Quidam test. & in dicta. l. Si seruus. §. Quicunque. Secus si
sub diuersis conceptionibus / vtputa si dixerit lego centum
Titio. & postea in alia clausula subiungit quod illa centum
vult solui ex. xx. debitis a Meuio & ex lxxx. debitis a Caio.
Nam illa clausula non taxat: nec limitat legatum præcedẽs/
ita vt aliunde solui non debeat: sed demõstrat vnde facilius
possit solui legatum. & ita dicit loqui dictam. l. Quidam test.
cum similibus supra allegatis pro affirmatiua. secus quãdo
sub vna conceptione legat & declarat vnde. vtputa/lego de
cem/quæ Titius mihi debet: vel lego decem quæ sunt in ar-
ca: quia videtur taxare & limitare vnde soluatur: & quod ille
debet: & quod est in arca: & non plus / nec aliunde supplen-
dum: vt dicta. l. Si sic. §. i. in fine. & dicta lege. Si seruus. §.
Quicunque. & l. Cum certus. de vino/trit. & ol. legato. Et
sic dicunt posse intelligi dictam. l. antepenul. §. Ciuibus. de
legat. secundo. Item addunt quod testator videtur legasse
certum corpus/videlicet certi nominis seu debiti/ seu serui-
tii scilicet. debitum duarum somatarum annonæ / quas fa-
ciunt siue seruant. G. & R. vnde consequens est / quod si id
quod legatum fuerit: perierit: vel fuerit diminutum sine cul
pa hæredis: hæres erit liberatus: nec amplius tenebitur. l. Si
ex legati causa. cum similibus. de verbo. oblig. Nõ obstat d.
l. Lutius. dicta. l. Paulo Calimacho. &. d. l. Quidam test. quia
ibi causa demõstrandi nõn taxandi. Nam loquuntur quan-
do sub diuersis cõceptionibus: at in casu dicti legati quando
causa taxandi / quia sub vna conceptione. Non obstat. d. l.
In conditionibus. vbi est vna conceptio verborum: & tamẽ
non taxat: sed demõstrat. nec faciunt illa verba conditionẽ/
sed demonstrationem. Nam ibi secundum eos constabat de
voluntate testantis. vel solue aliter/ vt ibi. Non obstat. l. Ex
eo. cum similibus. quia ibi licet fiat suppletio ex fructibus.

annorum sequentium: non tamen ex aliis bonis vel rebus hæredis / vel debitoris / ex quo fructus certi fundi debebantur. Et subdit collector illius conclusionis/quod ita audacter cōcederet hoc si termini essent consimiles: sed nō sunt: quia hic non legabatur certa quantitas fructuum ex fundo tali percipień. immo legabat certum debitum/ seu certam annuam pensionem per. G. &. R. debitam pro fundo: & non potest fieri suppletio ex futuris pensionibus: cum quolibet anno solum talem pensionem debeant: & non plus: vt ibi latius. Quæ verba relata non faciant te stomachari quia sunt sapida & declaratiua multorū iurium/ & doctrinæ præmissæ sunt magis discussæ per varietatem exemplorum in quibus facile fuisset contentio. Insuper opus est vlteriori examine. Nam Baldus in. l. Vnica. §. Libertatibus. C. de caducitate tollenda, dicit quod si testator mandauit hæredi: q̃ præstaret mihi fructus cuiusdā fundi: hæres tenetur facere & curare quod colatur diligēter/ feminetur: & non destruatur. l. Fundi Trebatiani. ff. de vsufructu legato. tamen non tenetur de casu fortuito. Nec posset ipse legatarius dictum fundum sua auctoritate colere & seminare aut possidere. l. Si q̃s ita. ff. de vsufr. & per Bal. in. d. §. Libert. v. etiā except. Insuper est sciēdum/ quod si cui esset relictum prædiū: & ille esset grauatus de certo onere præstando de redditibus illius prædii: quo casu non teneretur vtra q̃ ex illo percipiatur si illud prædium assignaretur: & pro illo onere liberaretur. Secus si esset obligatus in genere: & consequenter si non reciperetur ex vno prædio: teneretur soluere ex aliis: vt. d. l. Quidam testamento cum similibus. Vnde in primo casu non videretur absurdum quod dictus grauatus volens assignare illi prædium ex cuius redditibus debet præstari illud onus: audiatur. In secundo vero non sit audiendus volens assignare vnam possessionem: & liberari a debito quantitatis. Ita determinat Paulus de Castro in præallegato consilio xix. in vltimo quæsito. Primum dictum probatur in. l. Filiusfamil. §. apud Marcellum de legat. primo. secundum Paulū in dicto consilio: qui etiam allegat Ioannē And. in additionibus Specul. in titulo de instrumētis edi. §. dicto in addit. quæ in

dpit. de Trebellianica aff.finé:vbi allegatur ille textus. vbi etiá dicit Paulus de Castro quod per illum textum quidá dicunt quod si legatur mihi fundus:& rogatus sim dare Titio x.& acceptaui fundum:postea Titius petat a me.x.& ego dico quod fundus non tantum valet:& quod sum paratus tradere fundum pro illis.x.quod debeo audiri: quod videtur mirabile. Nam cũ acceptauerim prędium cum illo onere: videtur prædium estimasse pro tanto:seu recepisse pro tanto/& sic teneor ad totam quátitatem. Sed Paulus de Castro in dicto.§.apud Marcellum dicit illud procedere: si volo fundum retinere:aliter debeo audiri argumento illius textus/quia non est iustum quod plus grauer quam commodũ perceperim.Fortius dicit idem paulo supra in eodem.§.ꝗ si nollem esse factor & procurator illius:& pati laborem sine commodo contra meam voluntatem:ideo debeo audiri volens tradere fundum vt supra.Secundum vero dictum probatur in.d.l.Quidam testamento.cum similibus.Ad materiam faciunt/quæ dicit Petrus de Anch.in.c.Si propter de rescriptis in vi.quæst.secunda principali.& in suo consilio cccxxi.incipiente circa istam perceptionem in secunda colũna/maxime dum dicit:quod si collectori Apostolico debebantur fructus primi anni beneficii vacantis/& tales fructus illius anni debebantur alteri/ vel perierunt:vel percipi non potuerunt sterilitate/ vel alia clade:quod non debeatur tali collectori fieri suppletio ex fructibus sequentis anni.argumento.l.Cum certus.de vino/ tritico/& oleo legato.Nam fructus sequentis anni/non sunt fructus primi anni/qui debebantur collectori/vt ibi latius. Insuper est sciẽdum quod donans certum annuum redditum ex possessionibus suis/si promisit dare possessiones tanti redditus:cogitur dare fundos mediocres tanti redditus.l.Siquis argentum.§.Si vero de donationibus. Si vero simpliciter donauit certũ annuũ redditum ex possessionibus suis: tunc fauetur ipsi donatori: vt liberetur assignando possessiones mediocres tanti redditus:nec teneatur subire illam curam & diligentiam prædictorum vt est casus ibidem secundum aliam lecturam.Non tenetur ergo donator tradere possessiones si nolit:sed velit.

ipse subire curam prædictorum: sed si velit tradere/ necesse habet tradere mediocres vt ibi. Et subdit Salicetus in.d.§. Si vero, quod si nominauit certum fundum ex quo dare promisit: ex illo dari debet.l. Cum certus. ff. de vino/ trit. & oleo leg. Et subdit, quod si illi annui redditus non sufficiant ex illo fundo nominato: & quęratur an suppleri debeat aliũde: vel de perceptis vltra insequẽti anno / est distinguendũ. Aut fundus apponitur ad designationem tantum faciẽdam & tunc suppletur ex alio fundo: vt. d.l. Quidam testamẽto & dicta.l. Lucius. aut apponit ad taxationẽ seu ad limitationem tunc de alio fundo non debet præstari: vt. d.§. Sacram & dicta.l. Firmio. Postea quærit idem Salicetus / an de eodẽ puta secundo in sequenti vbertate/ & pleno debeat suppleri Et dicit esse distinguendum: quod aut promittitur simpliciter certa quantitas/ puta centum corbes frumenti/ vel vini: aut quantitas annua. Primo casu ponderanda sunt verba: quia aut quantitas est simplex / aut condicionata. Exemplũ primi. Si dicat centũ corbes ex tali fundo. & tunc in sequenti anno debent suppleri vt.d.l. Firmio. Exemplum secundi: si dicat/ cẽtum corbes: ex eo / quod nascetur in tali fundo: & tunc in sequenti anno non suppletur. vt dicta.l. Cum certus &.l. Si debitor. §. Nec verisimile. ff. de contra. emptione. tũc enim relatiuũ. Quod. adiectum verbo futuri temporis cõditionem facit.l. Stichũ qui meus erit. de legat.i. &.l. Nup de legat. tertio. Secundo casu/ quando quantitas est annua redditũum vel fructuum: tunc suppletur & præstatur ex sequẽtib. annis. vt dicta.l. Legatum. §. Vini Falerni. ff. de añ. legat. secundũ Petrum & Cinum. & est ratio secundum eos: quia licet relatiuum. Quod. faciat conditionem / si nascatur tamen multiplicatio quantitatis/ & annorum: suppleri facit quod in primo anno defecit: si in secundo plus nascatur: q̃ debeatur. quæ verba sunt multi põderis. Baldus etiam.d.l. Si quis argẽtum. §. Si vero. dicit plura excitantia ad speculandum. In primis quod si quis promisit dare mihi quolibet anno. x. corbes frumenti ex reddit u suarum possessionũ & donator nolens habere laborem conducendi frumentum ad domum donatarii: offerat tãtum terrenum de suo: quod

sufficiat sibi donatario/ ad istam redditionē auditur offerēs de possessionibus mediocribus/ & subdit ꝓbari ex illo textu/ quod ille fundus mediocris oblatus debet esse estimationis tantæ / vt eius fructus in quindecim annis æquiualeant estimationi ipsius fundi. Et subdit quod si præmissa sunt decem quolibet anno / soluantur: vel deponantur. c l. ad redditus pcipiēdos quia ex tali summa verisimile est quod decem percipiantur: vt in. §. Per vestras de donationibus inter vi. & vxo. Et si vellet emere prędium/ & soluere precium: deberet soluere illud / quod computatis redditibus pararet prędium. Et si prędium constat. cl. & debentur. x. quolibet anno/ illud erit prędium competens: vt ibi probatur: & prædicta sunt specialia propter liberalitatem donantis secundū quosdam: quod placet Baldo & Saliceto. ibi subdit Baldus quod si testator fecit testamentū: & instituit me hæredē: & c. mādauit quod quolibet anno soluerem decem salmas vini fratribus mendicantibus: & hæres pro illo legato velit assignare vnam bonam vineam: & dicat fratribus/ vos habeatis curam cultiuandi: & fratres replicent / quod nolunt nisi curam bibendi: quod hæres est audiendus contra religiosos per illum textum / vbi videtur casus: si datur possessio sufficiens. ad hanc ęstimationē: hanc curam religiosi nō possunt declinare. Paulo infra subdit quod fuit quæstio de facto in istis terminis. Ego promitto tibi de redditibus meis quolibet anno decem salmas vini: ego non recolligo tot salmas: nunquid teneor supplere in pecunia? Et respondet/ quod si promisi nullo prædio demonstrato: teneor supplere quasi sit promissum in genere. Sed si promisi ex certo & determinato fundo: pro illo anno pro quo non percipitur: non teneor: quia tacite inest conditio si nascentur. l. i. ff. de cond. & demonstrat. & l. Si debitor. §. Verisimile. de contr. empt. subdit hæc verba. vel dic plenius vt hic per Cinum & doctores in dicto. §. Sacram. Ista ergo conferunt ad declarationē eorum/ quæ supra posita sunt: & quæ supra posita sunt: conferunt ad declarationem eorum / quæ Baldus & Salicetus dixerunt: quæ strenuus iurista applicabit casibus proponendis. Arretinus noster de Accoltis in suo consilio. lv. aliquid

tangit de articulo sterilitatis/ an locū habeat in solutionibus annuis faciendis respectiue ad fructus. Quod non prosequor/ quia sat prata biberunt in hac quæstione. xvi. principali/ et aliis consecutiuis aut fraternizantibus.

## Decimaseptima Quæstio.

DEcimoseptimo. Quid si sit imposita decima papalis super fructibus alicuius beneficii/ vel generaliter. An pensionarius super dictis fructibus pēsionem recipiens debeat participare de onere dictæ decimæ: Hæc. q. vt puto/ occurrit frequenter/ nec memini me legisse illam in indiuiduo formaliter tractatam explicite. Videtur dicēdum quod sic/ cum imponatur pro fructibus. argum. in. l. Generali. §. fi. de vsufr. leg. & in. l. Neque de impensis & l. Hactenus de vsufr. Benefacit quod notat Abbas in. c. Prohibemus in vltima columna de censib. dum dicit decrescentibus debere minui pensionem beneficii. etiam facit quod dixi supra. q. vii. & xv. Suadetur idem: nām vsufructuarius & pensionarius videntur æquiparari secundum doct. in Clem. i. §. Eadem de suppl. negl. prælat. & dixi supra. q. i. sed vsufructuarius indubitanter teneretur vt per Baldum plene in. d. l. hactenus. ergo & pensionarius/ qui videtur in effectu vsufructuario similis/ licet nō percipiat fructus/ sed aliud/ puta pecuniam certam pro parte fructuum vtplurimum pro tertia parte constitutā. Et ita videbatur superiore anno insigni doctori domino Victori de Arretio / & mihi in quæst. domini Pauli sui germani petētis a pensionario cui debebat pensionem super fructibus & redditibus ecclesiæ Arretinæ/ sibi cōtribui ad onus decimæ papalis generaliter iniunctæ pro rata. Et visum est tunc vtriq; quod glo. ordinaria in terminis hanc quæstionem decidat in Clem. ii. de decimis in. iii. quæst. vbi quæritur: an hi qui habent prioratus/ domos/ grancias/ pensiones/ vel redditus a monasteriis vel ecclesiis teneantur ad solutionem decimarum / quas papa sæpe imponit soluendas sibi Papæ vel aliis ex causa/ & ad tempus de fructibus beneficiorum: & de

terminat quod si habentes illa : habent ea in beneficiū: & ex mera gratia ipsi tenētur ad decimam. Si autem habent illa ex cōtractu conductionis ad firmam/ vel emptionis fructuū vel pro mercede & renumeratione sui laboris/tunc illi/quorum est proprietas: illa decimare debebunt. Ista verba sonare videntur quod si pensionarius haberet pensionem in beneficium ecclesiasticum & in titulū beneficii & ex mera gratia/indubitanter teneantur ad talem decimam. quando autem habeantur in titulum beneficii ecclesiastici: dictum fuit supra. q.xii. Si autem habeantur ex titulo onerosō & non ex mera gratia : sed ex conductionis ad firmam/ vel emptionis fructuum vel pro mercede & remuneratione laborum / tūc non teneantur ipsi / sed illi quorum est proprietas. At in terminis nostris pensionarius / cui ab apostolico vel ab alio auctoritatem habente constituta est pensio super fructibus & redditibus beneficii / monasterii / mensæ / vel dignitatis non habet illum in titulum beneficii & pro iure spirituali/ sed pro iure temporali seu beneficio/ aut officio temporali ex mera tamen gratia : vt tamen possit decentius & honorabilius vitam & statum suæ personæ/& conditioni cōgruentem sustentare:pro sustentatione & alimentis Papa cōstituit sibi solui illam pensionem quantitatiue habito respectu ad fructus & redditus / de quibus/ & super quibus illā cōstituit quæ non solet excedere ęstimationem tertiæ partis fructuū. Quid iuris : facit mihi dubium : quia glo.mea dicit quod si habentes illam pensionem habent in beneficium / & ex mera gratia/ipsi tenentur:& non exprimit in beneficium ecclesiasticum illa glo. sed simpliciter dicit in beneficium. Nō est autem dubium quod pēsionis constitutio gratuita / est beneficium vt dictum fuit supra.q.xii. quia est beniuola actio largo modo. & tamen non est beneficium ecclesiasticum. & aliqui dixerunt/vt retuli in.d.q.xii. quod pensio non venit appellatione beneficii. Paulo infra eadem glo. dum dicit quod habentes capellanias/ vel altaria / tenētur ad decimas : assignat rationem/quia sunt beneficia ecclesiastica : vt patet in. v.q. illius glosę. Et ita puto intellexisse glo. dū dixit in beneficiū scilicet ecclesiasticū. arg. tex. in. c. Quāuis, cle. i. de pre.

In.vi.& ibi Dominicus.& eorum quæ dicentur in.q.xxx. Io. de Imola referendo glo.ibi dicit quod habentes pensionē in titulum vel ex gratia tenentur. & sic alternatiue. Similiter Paulus ibi. Et est notandum quod glo. ibi non quærit:an pē sionatius teneatur contribuere vt quærimus:& pro rata sol uere onus decimæ papalis impositæ vt supra:sed an pensio narius teneatur soluere decimam de pēsione quam recipit: cū sit imposita beneficiis & fructibus bñficioꝝ attēto quod pensio est beneficium:vt in.c. Ad audientiam.clem.ii.de re scriptis. ibi dum dicit alias pēsiones seu alia bñficia cū simi. In contrarium facit quia non est beneficium ecclesiasticum c. Quamuis de preben.in.vi.ibi dum dicit non in pensione sed beneficiis ecclesiasticis cū simil. Si glo. dicit disiunctiue prout reperi in pluribus libris Clemē. quod habentes pen siones in beneficium / vel ex mera gratia tenentur soluere decimas/vtiq; satis videretur decidere quod habentes pen sionem licet non in titulum beneficii dummodo ex gratia: prout recipiunt communiter habentes pensionem scilicet ex gratia:tenerentur ad solutionem dictæ decimæ:quo fie ret quod si pensionarius solueret decimam pensionis: non deberet proprietarius beneficii grauari ad pēsionem iterū soluere pro æquiualentia pensionis:alias semel decimatū: iterum decimaretur:videlicet semel a proprietario & semel a pensionario: quod videretur absurdum contra notata in l. Quanquā ad.l. Falcidiam.& infra.c. Raynutius &.c. Ray naldus de testa. dum dicunt quod semel defalcatum per legitimam:non debet iterum computari in cumulo pro de tractione Trebellianicæ. & contra notata per doctores in c. Tua.&.c.cum nō sit de decimis: quod semel decimatum non debet iterum decimari.& contra notata per doctores in.l.fin.§.de public. Vbi Bart. determinauit quod si locaui fundum pro.c. florenis:& colonus percepit fructus/& pro eis soluit gabellam:dominus non tenetur soluere de.c.flore nis:quia soluta est pro fructibus / quorum contemplatione habeo.c.florenos:& quia propter gabellam locaui minore pretio:de quo per Innoc.in.c.fin.de decimis. Si vero glo. di ceret coniunctiue seu copulatiue in beneficium:& ex mera

gratia:tunc quia meis doctorib. videtur esse illa in beneficii scilicet ecclesiastici:cũ.pensio non sit beneficiũ ecclesiasticũ vtique pensionarius non teneretur:sed vis esset:vtrum pro illa pẽsione dominus deberet in aliquo restaurari quasi gra uatus ad quantitatem dandam pensionario succedentem loco partis fructuum:quam pensionarius habet ex causa lu cratiua. Et quidem in decimis communi iure debitis solet dici quod dominus & colonus eius partiarius fructuum sol/ uunt ambo decimas quilibet pro sua rata fructuum/vt.d.c. Tua nobis.Si vero dominus conduxit colonum nummis quia promisit colono certas mensuras / siue nascantur fru/ ctus/siue non/ aut certos nũmos / & tunc onus decimarum spectat ad dñm/ad quẽ spectãt omnes fructus/nec debet ha bere ratã eorũ/ quæ debet colono.c.Non est.&.c.Cũ non sit/ de decimis.Inno.tamẽ vult/ quod colonus tũc soluat pro suo lucro deductis expensis. Si vero dñs locauit prædiũ colono pro certis mensuris seu pro certa pecunia per colonum dan da domino/& omnes fructus remanent colono:tunc onus decimæ spectat ad talem colonum: & dominus nihil debet soluere pro pensione / quæ sibi deberetur secundum Inno. in. c. Cum non sit de decimis.& hoc est quod dicit Bartol. in.d. §. Quotiens. Nec mirum secundum Bartol. quia vi/ detur fecisse pro minore pensione propter onus decimæ/& gabellæ/quod inhæret conductori propter fructus remanẽ tes apud eum:cum sit onus fructuum. c. Pastoralis.eod.tit. de decimis.& quasi videatur transtulisse in conductorẽ fru/ ctuum cum onere suo.Item satis videtur dominus soluere pro pensione:cum propter onus decimæ remanens penes conductorem/ recipit minorem pensionem ratione oneris annexi.Aliquando dominus recipit aliquam quotam fru/ ctuum ratione tributi/seu census contemplatione personæ suæ & tenetur soluere decimam illius tributi secundum do/ ctores in dictis locis.Aliquando quis recipit certam partem fructuum ratione aduocationis vel seruitii / & tenetur de hoc suo lucro soluere decimã:licet prædium fuerit decima/ tum. c. Ex transmissa de decimis. Aliquando datur alicui gratis aliqua portio fructuum & idem/quia soluit de hoc lu/

cro:licet perceptori fructuum fuerit acetuus fructuum deci matus secundum doctores communiter in dictis locis:licet Innoc.in hoc contra. Argumentum autem de decima debita communi iure non est concludere ad decimam papalem extraordinarie impositam: de qua in. d. Clemeñ.ii.de decimis. quæ imponitur ex causa & ad tempus / quod patet etiã quia in illa papali habetur ratio expensarum vt ibi dicit glo. quæ non habetur in decima communi iure debita vt in c.Cum sint homines de decimis & dicetur infra xix.quæst. Redeundo igitur ad.q.nostram:cum ista decima papalis imponatur habito respectu ad fructus/licet redditus fructus in effectu sint de ecclesiasticis fructibus ecclesiæ grauatæ/si.c. floreni sunt constituti alicui pro pensione super fructibus & redditibus ecclesiæ prædictæ:satis videntur subrogati quantitatiue loco fructuum in pecunia vel in certa quantitate fructuum & gratis/licet non in titulum nec in quotam fructuũ ne detur scissura beneficii contra . c . Maioribus de prebendis vt dictum fuit supra.q . vi. vnde cum pensionarius habeat gratis/& in beneficium : licet non in beneficium ecclesiasticum:satis videtur iustum ipsum pensionarium teneri ad decimam papalem pro rata suæ pensionis / deducẽdum ex decima papali soluenda per ecclesiam proprietariam scilicet grauando illam in tanto minus quanta est portio decimæ soluenda per pensionarium / vel in dando regressum proprietario integre decimam soluenti contra pensionariũ retinendo/vel aliter/ vt in simili dicitur de collatione dotis. in . l . Dotis quidem . C . de collationibus. Nisi forte dicere posset pensionarius/quod in habendo rationem oneris pensionis impositæ ecclesiæ grauatæ/ esset facta deductio sumptuum & onerum extraordinariorũ/ vtputa/ ꝙ nitidi redditus essent floreni.ccc.onerosi essent floreni .400.quia tunc si ita esset:posset dicere pensionarius. Ego satis soluo/cum propter onera deducta habeam minorem pensionem sicut supra dicebamus allegando Innoc. & Bart. in alio casu.sed hoc non videtur posse dici:cum hæc decimæ papalis impositio sit extraordinaria/& tũc generaliter imponitur bñficiis nulla habetur nõ nisi sumptuũ & aliorũ de quibus in. d. cle.

it. Et quando imponitur pensio consueuit haberi respectus vt non sit grauior tertia parte redditnum/ nullum habendo respectum ad decimam papalem exhaurientem facultates ecclesiæ grauatæ. Quæ ergo ratio patitur quod prælatus soluat Papæ decimam omnium fructuum/ qui habet multa onera/& pensionarius habens pensionem nitidam titulo lucratiuo/ sit immunis ab omni onere decimæ/vtiq; nõ video nisi dicas quod vterq; soluat: & proprietarius integre propter integros fructus: & pensionarius decimam suæ pensionis lucratiuæ. Sicut supra dicebatur de cõmuni iure debita quod non videtur quia diuersa est ratio imponendi istã papalem. Et hoc videtur innuere similitudo de vsufructuario ad pensionarium vt dixi in principio. Hoc etiam videtur innuere Io. de Legnano in.d. Clem.ii. dum dicit quod si duo sint prælati in vna ecclesia parrochiali/puta patronus clericus & vicarius: qui vicarius ex antiqua consuetudine colligit fructus omnes: de quibus patrono soluit.c. Libras annuatim: residuum sibi retineret: & clericus patronus de parte sua soluit decimam pro tota ecclesia/& sit facienda taxatio decimæ & dubitetur an sit facienda cum vicario qui fructus colligit: an vero cum patrono qui decimam soluit: respondet quod nisi consuetudo introduxerit aliud / fiet cum illo/ qui fructus colligit: vocato illo qui decimã soluit quia quod omnes tangit & cætera. vt in regula iuris. Quod omnes tangit. Nam dum dicit quod clericus patronus / qui percipit singulis annis Cẽtum Libras a vicario colligẽte fructus omnes / & residuũ sibi retinente: soluit de parte sua decimã ꝑ tota ecclesia: infert quod vna tantũ decima soluitur inter ambos pro tota ecclesia. Quod autẽ ipse patronus clericus & vnus ex duobus ꝑlatis dictæ ecclesiæ percipiẽs. c. Libras/ soluat integrã decimã pro tota ecclesia: illud præsupponit inductum a consuetudine antiqua igitur de illo non facio vim. Aliquid etiam facere videtur quod dicit Oldradus consilio. clxvii. dum præsupponit fuisse ordinatum in ordinatione cuiusdam vicariæ/ quod vicarius daret perceptori annuatim. 50. libras: & si cõtigerit decimã imponi ꝑ Papã præstaret solũ 50. &c. Ex qbus infero quod minuetur pẽsio ordi.

nata de.lx.annuis dãdis per vicarium perceptori/ superue niente impositione decimæ papalis / propter quod onus decimæ inhærēs ipsi vicario fructus colligenti: releuatur ipse vicarius soluendo.50. tantum/ & sic releuatur in.x.Nec obstat quod illæ. x. libræ in illis terminis videātur præstari per vicarium fructus percipiētem & pensionem soluentem / nō autem per ipsum perceptorem pēsionarium. vt ibi decidit Oldradus. de quo dicetur infra. q.xxiii. Nam hoc est conueniens iuri quod vicarius fructus percipiens decimam soluat integram Papæ: quia tamen de solutione pensionis de. lx. ordinatæ defalcantur. x. in damnū perceptoris: iudicatur illā pēsionē cōgrue debuisse ferre onus decimæ:licet ista nō concludant: quia procedunt ab institutione primæua. Volui videre extrauagantem Bonifacii.viii.quæ incpit. Declaratio. & inueni quod loquitur alternatiue in beneficium vel ex mera gratia.Et per ea/ quæ potui colligere vno discursu/ illa declaratoria facit pro hac parte in quam inclino:videlicet quod pensionarius debeat contribuere pro sua vita ad solutionem decimæ. Postquam hæc scripseram : contuli cū domino Nicolao de Castello/ aduocato cōsistoriali:& fiscali & magno practico in Cur.Romana:& petii quid viderat obseruari: respondit se pluries interrogatum dixisse quod pensionarius debeat cōtribuere cum proprietario in solutione dictæ decimæ papalis: cum sit onus reale. Placuit inuenisse contestem nō paruæ auctoritatis/ & socerū domini Antonii Caccialupi filii mei / in quo mihi Deus bene complacuit.

## Decimaoctaua Quæstio.

Decimooctauo quæro si pensionem recipere debens sit spoliatus:quomodo ei succurratur.De hoc videndum in. c. Quærelam. de electione per canonistas. & in.c.fin. de ca. poss. & proprietatis. & per legistas in. l. Si certis annis.C.de pac.& Bart.in.l.iii.ff.quo.bo.& per dominos de Rota in antiquis: vbi omnino videndum concl. vii. in fol. xix. & in nouis concl.i.iiii.v. &.vi. & per Egid. concl. 158. Vide etiam omnino in materia pensionis Oldr. consi

llo.225.Incipien. Quidam episcopus. in fine. Qui negant pensionem/solent se fundare in.c.Prehibemus de censibus In contrarium quando non potest ostendi titulus/ solet allegari præscriptio vel consuetudo iuxta not.in.l. Cum de in rem verso.de vsur.&.l.Si certis annis. C.de pact.vidi solennes allegationes quod sufficiat cursus decenalis etiam contra ecclesiã/quæ dicitur debitrix pensionis :quia . d. c. Prohibemus.loquitur in censu/secus illi videbatur in pensione que potest imponi & augeri auctoritate episcopi/si iusta causa subsit vt ibi not.& est tex.in.c. præterea de censi. & p hac differentia inter censum & pensionem Rota in antiquis.37. & in nouis.v . & vi.& not.in.d.c. Querelam.& per Bald.in l.ii.C.de seruitutibus . Secundo respondetur quod illud.c. Prohibemus.non prohibet/ne antiqui non augmentati nõ exigantur:Sed ne noui imponantur:nec veteres augeãtur: vel tertio dicebat quod loquitur quando Episcopus apponeret in ipsa fundatione beneficii singulis annis ad aliquid soluendum:vel impositum vellet augere:secus vbi exigeret de consuetudine ab aliquibus ecclesiis certam pensionem secundum Hosti.& d.Ant.in.c.Dilecto de off.Archi.& Archi.in.c. Seruitiũ.18. q.2.vbi videtur sentire quod sufficiant.x.anni/ iunctis dictis. d . Ant.consil . 22 . in vers . In contrarium.& dictis eiusdem in. c. fin . de conf.& quando allegaretur talis consuetudo contra omnes ecclesias:esset consuetudo nõ præscriptio . Et singulariter loquitur Bald. in.d.c.Querelam.pro intellectu.d.l.Cum de in rem verso. Videatur omnino Butrius in.d.c.fin.de cau.poss.& propriet.Innoc.in.c.Querelam de elect. vers.dico.Item in.c.Peruenit de censi.vers. quid in censu . Estque notandum quod non ideo dicitur quis perdidisse possessionem exigẽdæ pensionis/quia ille negauerit & ideo iuerit ad curiam: quia qui adit prætorem non perdit possessionem . Baldus & Butrius in.d.c.Querelam.allegant Innoc . in . c . ii. de in integ. restit . de materia vide Baldum in . l . ii . C. de seruit. & aqua. col .xiii .

Circa Decimamnonam quæstionem / quæ est frequentissime cognita in theorica / & practica / & in foro fori / & in foro poli / & in qua accuratissime consuluit & scripsit excellẽtissimus doctor dominus Felinus in. d. c. Ad audientiam de rescriptis. & de qua ego etiam sæpius interrogatus sum: & super qua vidi etiam varia responsa prudentum. cum habeat multa capita: loquar breuiter / & quanto compendiosius potero.

In primis posuit idem. d. Felinus consilio & lectura hanc cõclusionem. Quod licita conscientia potest quis renunciare in manibus Papæ beneficio obtinendo a Papa impositionẽ annuæ pensionis soluendæ sibi annuatim per successorem de fructibus illius beneficii etiam si renuncians prius tractasset cum amico: quod si ipsum beneficiũ a Papa obtinuerit: soluet ei prompte dictam pensionem: & ipse renuncians gesserit semper in animo quod ille amicus habeat statim ei succedere in beneficio renuntiato / & alias non renuntiasset / si secus credidisset. Nam talis tractatus & talis spes non inducunt Simoniam etiam mentalem. Motus est: Nam licet renuntiatio debeat esse libera & pura sine vlla pactione. c. Ex parte. [illegible] cum glo. in verbo omnino de offi. deleg. & aliis iuribus infra allegandis: tamen impetrare a Papa reseruationem dictæ pensionis / non inficit ipsam renuntiationẽ / posteaquam cum priuato nulla est inserta conuentio in renuntiatione. Ita concludunt Moderniores in. c. Non satis. de Simonia / videlicet Abbas / Anan. & Socinus de Senis / dicentes quod cessante pactione inter priuatos potest Papa concedere pensionem ei / qui renuntiaturus est. Idem dicit tenere Archiep. Floren. in secunda parte suæ summæ. ti. i. c. v. ver. de renunt. dicens quod auctoritate superioris licite fieri potest: quod dimittenti beneficium detur aliquid temporale / vt in. c. Nisi essent. de preben. per quem tex. hoc dicit. d. Ant. in. c. ii. de arbi. idem dicit in. c. Cum pridem. de pactis. Bene faciunt quæ dicta sunt supra. q. iiii. & v. videmus enim quod Papa habet potestatem liberrimam: & di

sponit sæpe quod fructus beneficiorũ debeantur aliquando etiam non habenti in eis titulum, c. Simpliciter de rescr. in vi. &.c. Si tibi concesso eo.li. & in Extrauagañ. Io.xxii. Susce pti. Quod autem dicta conuentio vel tractatus nõ inducat Simoniã: allegant glo.in.§.Cum pridem de pact. Nã in his quæ per cõstitut. eccl. inducunt simoniã: excusat auctoritas Papæ: quia dispensare potest in talibus: & per consequens vult quod cõuentio præcedens purgetur ab omni simonia: propter auctoritatem Papæ: & illa glo. communiter approbatur. Et si quis dixerit quod immo talis simonia sit de iure diuino/de quo plene per Abb.in.c. Extirpandæ de præben. §. Qui vero.col.fin.in repetitione. Respondetur per Anan. in.c.i.de simonia quod iura quæ illud innuunt vt.c. Ex multis.i.q.3.cum similibus. quod illa iura loquuntur quando pecunia interuenit pro executione ordinis: secus si respicit titulum beneficii vt in.c. Constitutus de relig.dom. vbi pensio respicit titulum beneficii secũdum Card.ibi. Nec in omni collatione beneficii cõfertur executio ordinis. patet quia ille/cui fit collatio/iam exequebatur ordinem/ vel quia alias beneficiatus/ vel quia ordinatus ad titulũ patrimonii secundum eum. Opinionem illius glo. d.c. Cum pridem. dicit tenere Monaldum in sua summa. & quod Papa potest in ista simonia inducta ex constitutione eccl. statuere quod vult: & dispẽsare nõ solũ in simonia mẽtali: sed in illa quæ in pacto esset expressa/ licet dicat quod beatus Thomas secunda secundæ.q.c.ar.i. in fine vult quod Papa possit inuolui in crimine simoniæ. Quod sequitur Io. de Turre cremata olim Card. S. Sixti in tractatu de potestate Papæ.q.lxv. Nã intelligit Beatũ Thomã quo ad illa/circa quæ cõmittitur simonia ex lege diuina vt circa venditionem sacramẽtorum/& similia spiritualia: secus si.l.tantũ ecclesiastica/cui Papa non subiicitur. Allegat ad hoc fratrem Nicolaũ de Auximo comprouincialem meum in supplemẽto Summæ Pisanæ in verbo Simonia in fin. Ad idem allegat Archi.xii.di.c.i. vbi dicit quod contra beatũ Thomam est glo.i.q.vi.c.fi. dicẽs quod in Curia Ro. non habet locũ Simonia. Sed intelligit ipse beatum Thomam in his/quæ sunt prohibita diuina lege quia simo-

niaca.opinionē vero.d.glo.in his quæ sunt simoniaca/ quia prohibita vt sunt beneficialia/in quibus ideo committitur si monia quia sunt prohibita de iure positiuo/& de istis nõ lo quitur beatus Thomas secũdum Archid. quem ad literam sequitur Paulus in cle.i.de sum.trin. & Dominicus in.d.c.i. ¶ Addit idem Felinus quod aliud est pacisci / & promittere pensionem Titio.& hoc est prohibitum/& simoniacum:& ita debere intelligi verba modernorum in.d.c.Nõ satis.Et aliud est dicere : si Papa imposuerit beneficio pensionem soluendam & hoc non videtur illicitum:offero enim me impleturum mãdata apostolica. Si autē præcederet pactio de soluendo plusquã Papa ordinabit / illa esset simonia ¶ Hinc est quod in prouisionibus / quæ emanant in talibus a Papa mandatur præstari iuramentũm partibus/ꝙ nulla simonia ea conuentio interuenerit: quam dicit intelligi de conuẽtione continente plus in dato vel in dando q̃ contineant literæ Papæ ¶ Dicit tamē Anan.in.c.Audiuimus.de collu.ii. col.ꝙ illi non debent facere inter se pactum: sed totum negotium ponere in manibus superioris.Idem Butrius in.c. Cum pridem.de pactis.Felinus in effectu tenet valere pactum in forma prædicta. Subdit tamē notabiliter/quod quando renunciatio fit principaliter ea intentione vt alteri conferatur : ita paciscendo renunciatio dicitur simoniaca: & collatio quæ sequitur: est ipso iure nulla:& potest impetrari beneficiũ tanquam vacans: vt in.c.Cũ vniuersorum.de rer.permut. per quem tex.& per glo.in.d.c.Ex parte.ita decidit Abbas in.d.c. Cum vniuersorum ¶ Quod autem animus renunciantis qui sperat de certo successore:& alias non renunciaret:induceit simoniam:dicit teneri per glo.in. d.c. Ex parte.in verbo dimittere/ dicens quod in istis prohibitis ex constitutione ecclesiæ / si non interuenit pactum: non sufficit sola voluntas ad incursum simoniæ. & loquitur de illo qui renũtiat simpliciter:gerit tamen firmiter in animo quod Titius sit successurus:alias non renunciaret.Idem Innoc.in.c.Tuã nos.in fin. de Simonia. dicens quod renunciare præbendam vt alteri conferatur : peccatũ est:si hoc exprimitur in renuntiatione: secus si adsit solus animus/ qa nõ facit simoniã sola volũtas.

Iuramentũ ꝙ nulla simonia interuenit

Non dicit hoc Innoc. sed dicit sic. In his quæ sola constitutione ecclesiæ sunt simoniaca/ vt renuntiare præbêdam vt alii detur: licet sit peccatũ: non tamen sufficit sola voluntas vt faciat simoniam de offi. deleg. c. ex parte: Intelligo ꝙ Inno. voluerit dicere quod quando non exprimit quod renuntiat vt tali detur: est peccatum scilicet simoniæ mentalis/ quę aboletur per solam pœnitentiã: non tamẽ sufficit voluntas vt faciat simoniam/ quæ non possit aboleri pœnitẽtia / sed indigeat dispensatione Papæ. Sola enim pactio. i. expressio non pura/ sed cõditionalis vel modalis vt tali prouideatur: facit simoniam talem. & hoc probatur in. d. c. Ex parte. in verbo omnino iuncta glo. quando vero exprimit/ est simonia intelligeñ. non abolibilis per pœnitentiam. Et ita reperi postea tenere Host. in. d. c. Ex parte. & in. d. c. Tua nos. satis expresse. & idem sensit in. c. Et si Quæst. §. Quoniam. eo. tit. Et hoc sensit etiã Innoc. in. d. c. ex parte. in glo. sup verbo omnino. Et clare hoc determinat Abb. in. c. Cum vniuersorũ de rer. permut. dum dicit quod renũtiatio simoniace facta non tenet: & subdit quod dicitur simoniace facta/ quando fit principaliter ea intentione & pacto vt conferatur consanguineo suo/ vel consanguineo paciscenti: allegat not. i. q. i. c. Ordinationes. & in. d. c. Ex parte. Et subdit quod collatio simoniace facta est nulla: & iterum subdit quod potest beneficiũ impetrari tanquam vacans. Istud videtur implicare contradictionẽ/ videlicet quod renunciatio nõ tenet: & quod sequẽs collatio simoniaca sit nulla: & quod possit conferri tanquam vacans. Si enim renuntiatio simoniaca est nulla: quomodo potest dici quod vacauerit. Intelligo quod renuntiatio simoniace facta non tenet: & per cõsequens non vacet. Itẽ quod collatio simoniace facta nõ tenet: & hoc volunt Inno. Host. & Io. And. in. d. c. Cum vniuersorum. Quod autem subdit Abbas ibi quod potest conferri tanꝗ vacans: hoc non dicũt ibi neq; Innoc. neq; Host. nec Io. And. Sed forte posset locũ habere: quando collatio esset facta de beneficio vere vacante: nam tunc cum collatio sit nulla/ quia simoniaca: ergo vacat: ergo potest conferri. Idem scilicet quando renunciatio simoniace facta non teneat: & similiter collatio simoniace

facta non teneat. Sequitur Archi.in. d.c. Ordinationes ¶ Et propterea Rota in antiquis/ cōclu.ccxxxvi. in impressis fol. 13. dicit quod resignatio facta simoniace non tenet etiam in præiudicium resignātis. allegat Innoc.in.d c. Cū vniuersorum.& Archid. in.c. Dudum .de preben.in.vi.& Ber. in.c. Super hoc de renuntiatione super ver.pecuniæ ¶ Benefacit quod dicitur in bisignetis in tit.de renuntiat. cōclu. vltima dum dicit quod resignatio conditionalis non valet: & sentit quod non reiicitur cōditio licet inutilis.Qui ergo renunciauit per simoniam / si renuntiatio non tenet: deberet recuperare ecclesiam/ quā resignauit vt dicit glo.in . c. Super hoc de renunt.super verbo pecuniæ. Sed hoc falsum est dicit eadē glo.qa priuari debet ea / qa simoniā cōmisit.quod notandū puto . Sed cū debeat priuari & nō sit priuatus:videtᷣ restituēdus ad bñficiū/ donec priuetᷣ:& ita sentit But.ī. d.c. Sup Idem Host.d.Ant.& communiter alii in. d. c.fi.de simo.Idē Archiep.Flor.in summa loco præallegato : vbi formaliter dicit si quis renuntiat beneficio:ea intētione: vt detur nepoti vel alteri/nulla de hoc facta conuentione.nullā incurrit simoniam ¶ Refert tamen quod frater Nicolaus de Auximo in loco præalleg.dicit quod circa beneficialia sola mens non inducit simoniam obligatam ad restitutionem:sed mētalem quę aboletur pœnitentia.c.fi.de simo.cuius dictū licet aliter frater Nicolaus non probet:illud Sandeus dicit in.d.c.Ad audientiam.posse saluari in simonia mētali circa prohibita lege diuina in vetere testamento / non autē circa prohibita simpliciter propter cōstitutiones ecclesiæ.quia doct.omnes simpliciter dicunt quod nullam simoniam incurrit.Et ideo secundum eum glo.in.c.Ordinationes .i.q.i.expresse dicit: quod renuntiare beneficio vt alii detur:non est simonia nec sufficit sola spes ¶ Quod etiam late firmauit Archid . i . q.i. Quicunq̃.dicens quod volūtas renūtiandi beneficiū ad cōmodum alterius/non facit quem simoniacum/etiam si progrediatur ad actum renūtiandi / nisi prgoredatur ad actū paciscendi/dum tamen ille de quo cogitat : sit idoneus.sed in prohibitis/qa simoniaca:sufficit sola voluntas.vt per glo. in.d.c.Ex parte secundum eum . Ex cuius dictis dicit idem.

Felinus clare patere quomodo debeat intelligi dictum fra-
tris Nicolai vbi supra: Et illa dicta dicit sequi Dominicū in
.d.c.Quicunq;.Et subdit quod Io.And.in.d.c.Tua nos.de
sim.dicit quod quicquid sit:tenendum est/quod nūquā sola
intentio/siue voluntas inducit mētalem simoniam in prohi-
bitis constitutionibus eccl. Adducit ad confirmationē suæ
cōclusionis idem Ferrarieñ.considerationē Petri de Ancha-
rano in simili in sua disputatione īcipieñ.antiqs & modernis
temporibus / dum tractaret an sint licitæ annuæ solutiones
Montis Venetiis & Floreñ. Videmus enim inquit idem Feli-
nus quotidie fieri renūciationes in manu Papæ:& conceduu-
tur reseruationes pensionum ipsis renūciantibus/sciēte pa-
pa/quod ambæ partes de hoc prius tractauerunt:& expedi-
untur litteræ:immo dat' eis forma per regulas Cancellariæ/
puta quod non valeat concessio pensionis/nisi de consensu
illius qui beneficium habebit. Vnde si auctoritas Papæ nō
operaretur plenam securitatem super hoc etiam in foro cō
scientiæ / nō tolerassent ista:neq; eis formam dedissent Ro.
Pōtifices tot. vt Martinus. v. Eugenius.iiii.Pius.ii.Paulus.ii.
& alii in constitutionibus nouissime editis contra simonia-
cos:in quibus opportune prouiderunt circa varias species
simoniæ/& de tali nil dicunt. Vnde iste stilus Curię versatur
cum religiosis & aliis integerrimis viris/ quibus cu onere pē
sionis quotidie prouidet papa de beneficiis renūtiatis. Nā si
auctoritas papæ nō redderet eos tutos: immineret laqueus
valde vniuersalis. Et ista dicit idem Felinus procedere indu
bitanter/ si aliqua rationabilis causa inducit papā ad impo-
nendum talem pensionem, Et dicit posse exemplificari
multiplicem honestam causam / puta senectutis renunci-
antis: cui pium est prouidere de alimentis / & alia similis
causa/de quibus causis dictum fuit supra quæstione quartā
&.5. Hæc in effectu / & fere ad literam fuerunt dicta præfa-
ti.d.Felini/quem videmus processisse satis firmo pede. Sed
quid dixisset quādo licet renuntiatio fiat simpliciter sub spe
quod amicus cum quo tractauit:habeat illud beneficium: &
soluat dispositione pōtificis pensionem tractatam & cōuen-
tam: quatenus Papa ita decernat: vltra spem in animo &

Renūtiationes fiunt in practica cum reseruatione pensionis

mente conceptam/ operatus est cum Referendario vel Cardinale/ vel alio mediatore quod prius intelligat firmã mentem Papæ volentis prouidere illi amico cum onere pensionis tractatæ vel conuentæ vt supra.& postea resignauit simpliciter quo ad verborum apparentiam / quæ expressit/ sed in veritate resignauit ob causam futuræ pensionis: & vt illi amico cum quo côuenit: prouideretur & non alteri alias nõ resignaturus. Ista non est nuda cogitatio/ nõ est nudus animus / immo in rei veritate ventum est ad actus extrinsecos: quibus est aperta hinc inde voluntas resignaturi: & eius / in cuius fauorem faciẽda est resignatio/& cui est prouidẽdum. Item quid dixisset de illis/ qui dant mandatum limitatum & specificum ad resignandum in fauorẽ alicuius/puta Titii/& non alterius nec aliter. Satis potest colligi ex dictis suis quod iste non esset panis albissimus / carens surfure. nã principali fit renũtiatio/ ea intentione vt alteri conferatur scilicet Titio cũ quo tractauit & forte pepigit in euẽtum quo papa approbet tractata & côuẽta. & in specie quãdo mãdatũ fuit limitatum/vt resignaret Titio/& non alteri & cum tali pensione & non aliter/non videtur aliquo pacto posse excusari a nota simoniæ secũdum Innoc. & alios in.d.c. Tua nos. de simonia. & doct.in.d.c. Ex parte:& Io. Andr:in.c.i. de rer. per mut. in nouella. Vidi allegationes famosiss. doctoris & practici curialis dicentis quod licet patruus cõstituerit procuratorem ad resignandũ in fauorem nepotis sui / quia tamẽ non constituit ipsum procuratorẽ limitate ad resignãdum in fauorem nepotis tãtum:sed simpliciter ad renũtiandum libere/licet adiecerit quod vt collatio fieret nepoti: supplicaretur papæ reseruãdo sibi renũtianti pensionem &c. non erat talis renũtiatio simoniaca. Nam tractatus de renunciando certo modo/non est prohibitus/ sed pactio firma est prohibita.d.c. Cum pridẽ. de pact. Item quod resignando libere in manibus papæ si admittat:non potest cadere simonia/quia sicut in papa non cadit simonia. l.i. ad. l. Iuliam. de amb. & per Cinũ in.l. i. C. eodẽ. tit. & Host. in summa de simonia. Ita non cadit in resignatione in manu papæ/quia admittendo/ videtur secum dispensare:& iura positiua soluere super

quæ poteſt. Nam eo ipſo/quod Papa habuit notitiam renun tiationis factæ ſub modo & forma prædictis:admittendo videtur purgatum vitium/tex. & glo.in.c. Niſi eſſent.de prębēdis.& quod habetur.i.q.i.c.Si quis.& tex.iuncta glo.in.c. Cum pridem de pact. vbi Papæ auctoritas excuſat a vitio ſimoniæ in his quæ ſunt prohibita de iure canonico. & p conſequens in beneficialibus/in quibus non committitur ſimonia ex diſpoſitione diuina/ſed ex ordinatione eccleſiæ/ quia beneficia non fuerunt ordinata per deum: nec in ſe ſunt ſpiritualia eſſentialiter / ſed ex ordinatione eccleſiæ qa accedūt ſpiritualibus. Ad hoc glo.in.c. Si quis obiecerit.&.c. Saluator.i.q.iii.& glo.in.d.c.Ex parte. Et ideo ſecundum præfatū doct.ſi Papa admittit reſignationem factam ſub conditione vel pacto/videtur diſpenſare ex certa ſcientia.arg.not.in.c. Veniens.de filiis presbyt.cum ſimil. Preces etiam carnales pro perſona digna excuſant a ſimonia. glo. elegans.i.q. 2. in ſumma/quod eſt notandum. Ad obiecta in contrarium reſpondebat quod non habent locum quando quis renunciat in fauorem certæ perſonæ, precibus porrectis Papæ: Sed tunc quando præceſſit pactum inter partes. Et ſubdit quod etiam non haberet locum quādo illud fuiſſet expreſſum Papæ & admiſiſſet. Et poſito/quod penſio eſſet exceſſiua/nō inducit ſimoniam propria auctoritate: ſed deberet moderari vt.d.c. Niſi eſſent.& per doct.in clem.i.de ſupp.neg.prelat. & dictum fuit ſupra.q.vii. Idem vidi teneri per alium ſolennem aduocatum dicentem/quod pēſio adiecta beneficio de conſenſu beneficiati non facit ſimoniam/niſi fuerit conuentio inter partes iuxta not.in.d.c. Cum pridem de pact. & in c. Super hoc.de renuntiatione.& in.c.i.de renun.in.vi. niſi accederet conſenſus Papæ illam conſtituentis:quo caſu/ vel non eſſet ſimonia / vel purgaretur ex certa ſcientia Papæ. Idem doctor putabat idem dicendū ſi decreto Cancellariæ Papam repręſentantis/ vt in dictis locis. & in.c. Statuimus. de tranſactionibus, intelligendo quod non committeretur ſimonia quādo de conſenſu reſignātis/ & illius cui eſſet prouiſum vel mandatum preuideri. Nam vt ſupra eſt dictum: ex regula Cancellariæ non poſſunt literæ Apoſtolicæ refer-

uationis vel assignationis etiam motu proprio cuiuscuis pensionis annuæ super alicuius beneficii fructibus expediri/nisi de consensu illius / qui illam pensionem soluere debet. Sed posses dicere: quod regula requirit consensum grauati ad pensionē prius per Papam constitutā. Nos quærimus quando inter se conuenerunt resignaturus beneficium & beneficiandus/de quo dictum est supra. Et tamen eo casu quando Papa approbasset partium conuentionem sibi Papæ explicite notam/videretur purgatum vitium ex certa scientia Papæ/vt sentit.d. glosa. c. Cum pridē. quæ incipit. Quia ius. quæ videtur communiter approbata/& est perpetuo menti tenenda:quia beneficii resignatio debet esse pura & simplex nec ei adiici potest aliqua pactio/conditio vel modus, de off. deleg.c.Ex parte.in vers.omnino.cum glo.sua.Huiusmodi igitur conuentio facta de sex florenis annuatim soluēdis donec ordinaretur aliquod beneficium sine cura/pro habenda beneficii resignatione facta/nullius penitus est momenti. Nihil enim valent pactiones factæ pro spiritualibus obtinēdis: cum in huiusmodi omnis pactio/omnisq̧ conuentio debeat omnino cessare dicit tex.de pact. c.fi. &.c. Cum pridem de rer.permut.quęsitum.1.q.2.c.Quam pio. Cæterū aduertendum quod conuentio huiusmodi promitto tibi dare florenos sex / donec tibi prouideri faciā de beneficio sine cura: vt tu in mei fauorem resignes tale beneficium, inducit quodammodo quandam permutationem de spiritualibus seu beneficialibus ad temporalia, illa autem permutatio a iure improbatur. vt in.c.fi.&.c.Ad Quæstiones.de rer.permut. &c. Stante igitur nullitate obligationis per præmissa/nō est dubium ipsum Ioannem excommunicatum ob non solutionem dictæ quantitatis: ad quā cōtracta obligatio nulla erat: ex iniusta causa fuisse excommunicatū: igitur absq̧ dubio absoluendum de sent. excom.c.Per tuas.cum simil. Ludouicus Rom. ad literam consil.359.incipiente. Quia beneficii. Postquā.d. Felinus concluserat/vt supra retuli:dixit illa procedere indubitāter si aliqua rationabilis causa induxit Papā ad imponendam talem pensionem/ puta senectus renūtiantis/cui pium est prouideri de alimētis: vel alia similis causa.

sed si non appareret quod aliqua rationabilis causa subsit: verum auctoritas Papæ tunc operaretur in talibus: quis prohibitis a iure positiuo / dixit prima facie sibi videri quod non: quia dispẽsatio quæ fit per Papam sine causa / est dissipatio: vt per Archid.xi.dist.c.Consequens. cuius dicta supra sunt ex dictis Beati Thomæ in.i. secũdæ.q.92.art. vltimo.quem formaliter recitat Io.And.in.c.de mulcta.de preben.Et subdit quod illa dicta multum firmiter sequebatur.d.Fráciscus de Arretio dum secum conferret super consilio ab ipso.d. Felino reddendo/ de quo supra memini/ ipse tamen.d. Felinus consuluit oppositum quod dispẽsatus sit tutus in omni foro/ etiam conscientiæ. Motus est quia vbi Papa dispensat super prohibitis solum a iure positiuo: sufficit sua voluntas pro causa secundum Innoc.in.c.Cum ad monasteriũ: quasi in medio. non tamen est hoc verum de statu monachorum/ quem sequitur speculator in tit.de leg.§. Nunc breuiter/ad finem/ versiculo.xv. in voto. Et Card. in.c. Perpendimus. de sent.excom.in.ix. col.& d.Abbas in. c. Fraternitatis de schism.& ibi Anan.in.v.col.& Domi.in.d.c.Cõsequẽs.Butrius etiam dixit in.c.i.de constitut. in col.vlt.quod ipsa liberalitas est pro causa in dispẽsatione papæ cõtra ius positiuum. Quod etiam sequitur ibi Imola in xiii.col. vers. potest autem absq; causa. Allegat etiam R.D.Alexandrinum nostrum Auditorẽ sacri palatii apostolici in. c. Per venerabilẽ in col. qui si.sint legit. allegantem inter cætera,c.Cum nostris de con. preben. vers. ex indulgẽtia speciali / vel alia iusta causa. quod putat idem Felinus procedere vt dixi etiam quo ad Deum/apud quem dicit esse ~~tantum~~ taliter dispensatum per Papam/etiam sine causa/ quia prædicti omnes loquuntur simpliciter/ nec est verisimile quod restringãt se solum quo ad forum contentiosum attenta ratione in qua se fundat Innoc. videlicet quod sicut ex sola voluntate potest per Papã lex creari ita per solã voluntatẽ cũ ea dispẽsari. Bene fatetur idẽ Felinus quod vbi lex canonica esset fundata in aliqua ratione descendẽte a iure diuino/vel a dictamine rationis mere naturalis/ tunc dispensatio cõtra talẽ legem debet esse cum causa secũdum Abb.in. c. per tuas de arbi.

Dispẽsatio facta a papa sine causa est dissipatio

Papæ voluntas sufficit ubi dispẽsat in prohibitis a iure positiuo

Papa sicut sola voluntate potest legẽ creare: et sola voluntate poterit dispẽsare

Canonica lex fundata in ratione descendente a iure diuino dispẽsatio cũ ca fieri debet

col.xi.vers.nec obstat si dicatur quod lex clusis de arbi.in repetitione, tūc enim putat quod in foro etiā cōtentioso nō valeret. Exemplificat quādo tolleret alicui actionem: quia licet sit a iure inuenta/ tamen descēdit a ratione naturali vt ibi per eum. At in proposita, q. nostra iura prohibentia imponi ecclesiis pensiones: nō sunt fundata in iure diuino vel naturali. Vnde si papa de redditib. vnius ecclesiæ disponit ad commodum alterius ecclesiæ psonæ: talis videtur tutus auctoritate illius/qui in beneficialibus habet liberrimam potestatem. c. ii. de preben. in vi. clem. i. in fine. Vt lit. pēd. fatetur idē doctor quod vbi lex canonica esset fundata principaliter super bono publ. & dispensatio papæ præiudicaret illi bono: tunc in foro cōscientiæ iste nō esset tutus. Et idē vbi papa dispēsaret ex affectione carnali: & ita putat intelligendas rationes. d. Abb. in. d. c. de multa. in iiii. col. vers. ex prædictis infero. & in. d. c. Per venerabilē in principio post Io. And. & alios ibi. & in. d. c. Extirpandæ. §. Quinuero. 37. colum. in versic. Sextum examinandū. & in. c. Constitutus in. 3. col. vers. aut quæritur de relig. dom. vbi dixit quod in foro cōscientiæ dispensatio sine causa contra ius positiuum non facit quem tutum/ & habent respectū ad bonū publicū. quod si esset contra bonum publicum principaliter: ipse Felinus admitteret: alias secus/ vt in multis iuribus constitutis ad vtilitatem priuatam/ quibus licet renūtiare. Vnde subdit quod possibile est quod papa imponat vni rectori ecclesiæ onus pensionis sine aliqua causa: & tamen istud non cōcernat præiudicium boni publici: tamen propter consensum expressum onerati ad pēsionem ipsam soluendā: tum quia non præiudicatur ecclesiæ in proprietate bonorum suorum sed solum commoditati ipsius prælati/ cui etiā inuito posset papa præiudicare etiā sine causa. vt per doct. in. c. Quæ in ecclesiarum de constitut. multo magis ei volenti/ & maxime cum onus pensionis finiatur in proposito/ morte pēsionarii. Sed vbi ista nō concurrerent: dicendum esset papam de potestate ordinaria nō posse imponere pensionem nisi causa cognita secundum quod ostendit Pontanus in cōsilio. 369. sæpius allegato. Et secundum hoc intelligit iste doctor Cal

darinus de rescriptis consil. viii. ad finem. De dispensatione autem contra ius diuinum quod non valeat in foro consciẽtiæ: est glo. vulgaris in. c. Non est. de voto. & in. c. litteras. de restit. spol. & per Innoc. in. c. ii. de renũt. & per modernos in d. c. Quæ in ecclesiarum: & ista dicit idem Felinus esse perpetuo notanda tanquam alibi non declarata / secundũ quæ dicit consuluisse ad instantiã viri timoratæ cõscientiæ qui cupiebat renũciare beneficio spe pensionis. Profecto multũ debemus illis / qui communicant posteris & viuentibus labores suos / & thesauros iuris quos inuenerunt abscõditos prout facit iste excellẽtiss. doctor. d. Felinus / nouissimus commẽtator iuris Canonici diligentissimus. Sed circa præmissa videamus vtrum in eadem sylua vbi ipse venatus est cũ summa laude: possimus aliquid venando conquirere: quod diuina gratia solet cõcedere venatoribus bonæ fidei: In primis sciẽdum quod aliud est papã vti plenitudine officii / & aliud est vti plenitudine potestatis. primo modo videlicet plenitudine officii vtitur: quando secundum iura ius reddit. Quando vero transcendit iura: tunc vtitur plenitudine potestatis quam potestatis plenitudinẽ in papa designat palliũ / quod sibi datur: vt in. c. Ad honorem. de vsu pallii secũdum doct. ibi. Secundo sciendum quod cum Papa habeat liberrimam potestatem in beneficialibus: vt paulo ãte dictũ est: itẽ in his quæ sunt inducta de iure positiuo: possit p̃iudicare sine causa secundũ doct. in. d. c. Quæ in ecclesiarum. Illud habere liberam potestatem importat duo. Primum quod etiam vbi constaret nõ subesse causam: posset beneficiatũ priuare beneficio secundũ Paulum de Eleaz. in. d. clem. i. quẽ multi sequũtur: licet alii multi cõtra / de quo in. d. c. Quæ in ecclesiarum. & similiter posset in his / quæ sunt inducta de iure positiuo / præiudicare sine causa. Secũdum quod vbi alias / quando papa vel princeps aufert ius priuati: oportet quod apponat clausulam. Non obstan. l. Quotiens. & l. Rescripta. C. de pr. imp. off. tamen fallit vbi papa disponeret in beneficialibus in quibus habet liberrimã potestatẽ. Nam tũc valebit rescriptum sine dicta clausula. Nõ obstañ. secũdum Butriũ & Imolam in. d. c. Quæ in eccl. & in. d. cle. i. in fi. Vt late per.

Dispẽsatio cõtra ius diuinũ

Papa utitur plenitudine officij et potestatis

Papa in beneficialibus habet liberrimam potestatẽ

Rescriptũ in beneficialibus valet sine clausula non obstante

*Papa in dubio non videt' uti plenitudine potestatis*

decis. Tertio sciēdum quod licet papa in dubio nō videatur vti plenitudine potestatis/nec debeat generaliter sed ex causa.vt per Innoc.in.c.Innotuit.de electione.& in.c.Nisi cum pridem de renūt.& in.c.veniens de fil.presbyt.Si tamē vtatur tali plenitudine:multa operatur.de quibus dixi in alio opusculo meo de effectu clausulæ/de plenitudine potestatis

*De iure diuino quadrupliciter accipi' aliqd*

*Jus diuinum large dr siue a deo siue ab eius vicarijs sit institutum uel auctorizatum*

Quarto notandū est:quod aliquid esse de iure diuino potest accipi quadrupliciter scilicet large/strictæ/strictius/& strictissime.primo modo scilicet large/ ius siue sit a Deo siue a Vicariis Dei cōditum/aut institutum/aut auctorizatū/dicitur ius diuinum:& sic ius Canonicum dicitur ius diuinum/ quia Papa est vicarius Dei:& hoc modo accipitur.21.q.i.c. Suspecti.& dicūt diuina.i.ecclesiastica/& de iur.iur.Nimis. vnde tex.in.c.licet ex quadā de testi.statuta Papæ & concilii appellāt statuta hominum/& nō Dei: quē tex.Abb.ibi.dicit perpetuo notādum. licet enim Deus videatur promulgare iura per ora principum.viii.dist.quō iure.cum simil.& spiritus sanctus præsumatur loqui per os eorum/qui sunt in cōcilio generali.50.dist.Si ille.& Christus dixerit in Euangelio Lucæ.x.Qui vos recipit:me recipit.qui vos coōtemnit:me contemnit.2.q.7.Accusatio.tamen ius diuinū magis stringit quam ius humanū.vt in.d.c.licet.& in.c.litteras.de rest. spol. Item ius editū a præsidētibus in ecclesia militanti/non dicitur proprie diuinū sed humanum. Pro hoc benus tex.i.dist.in principio.de quo etiam per Abbatē not.c.i.de iura. calum. Vnde ius diuinum fortius astringit/quia est de necessitate salutis quā humanum. Dixit etiā Baldus eleganter in consil.schismatis/quod inseruit in rubrica si qs aliquē test.prohib.quod diuino motu iura processerūt.l.fin.C.de præscri lon.tem.de coelo enim ducūt originē/& per ora principum promulgātur.vt in Autē.de instru.cau.& fid.§.quia igitur colla.ii.sine quibus erubescimus loqui.C.de colla.l. Illam.solu.ma.l.Si vero.§.de viro.de acqu.her.l.Si quis seruum.§.non dixit.in Authē.de triē.& semi.§.cōsideremus.colla.iii.de sen cognit.§.oblatus &.§.strenuus.In suffragiis autem ad interpretationē canonū possumus vel legibus & debemus.xi.dist.c.Si in adiutorium.quoniam iu-

*ius diuinum large*

*statuta Pape et concilij appellat' statuta hominum*

*Jus humanum appellat' ius editum a presidentib' in ecclia*

*Jura diuino motu processerunt*

fsfimæ leges/ & facri canones ex vno vtero.i.fonte diuino processerunt. Vnde leges firmantur canonibus: & canonũ ambiguitates legibus resoluũtur: ficut ex discursu glosarum vtriusque iuris euidenter apparet. hæc sunt verba Baldi in dicto loco. Hinc singulariter dixit Archid.lxxvi. dist.c.V tina m.quod licet veniens cõtra ius diuinum/semper peccet mortaliter: nõ sic ligatur veniens contra ius humanũ. Nam potest euitare mortale: si habet aliquã causam rationabilem contraueniendi: vt ibi per eũ latius. & per doctores in.c. Nã & concupiscentia de cõstit. Secũdo modo dicitur ius diuinũ stricte: quod in scripturis diuinis.i.diuinitus reuelatis/est positum. Et cõsequẽter ius canonicũ & ciuile dicuntur ius humanum nõ diuinũ. Illud enim proprie dicitur diuinũ quod immediate reperitur in sacra scriptura. c.ii. iuncta glo. de priuile.li.vi. vnde sanctus Thomas.i. secũdæ. q.xc.arti.iiii. legem diuinam vocat diuinitus datã. Et sic quicquid scribitur siue iubetur in sacra scriptura veteris/aut noui Testamẽti/siue sit in libris legalibus/ siue ꝓpheticis/ siue apostolicis ptinet ad ius diuinũ: vt.d.c. Quo iure. Scripturæ enim sanctæ processerunt a spiritu sancto/non solum illo vniuersali modo / quẽ dicit Ambrosius/ verũ a quocũque dicatur a spiritu sancto esse: quia scilicet dedit ex potestate sua potẽtiam intellectiuam: & applicat illam ad actum / sicut vniuersale mouẽs cõcurrens in omni actione. Sed etiã quia lumẽ adiecit supernaturale fidei. Cõtinet ergo lex diuina legẽ naturæ & aliquid vltra. Tertio modo sumitur ius diuinũ strictius/ quod est diuinitus promulgatum: de quo secũda secũdæ.q. lxx.art.2.si. Et sic solum quæ data fuerunt in veteri lege.mediante Mose/ & in noua per dominũ nostrum Iesum Christũ ad ius diuinum pertinent: Nam illa non solum fuerunt diuinitus reuelata: sed etiam diuinitus promulgata: apparente domino in vetere Testamẽto in subiecta creatura scilicet per angelos loquentes secũdum illud ad Galatas secundo ordinata per angelos in manu Mediatoris. cui cõcordant quæ dixit beatus Stephanus actuum septimo. Et in nouo testamento apparens in assumpta natura / locutus est nobis in filio suo ad Hebræos primo. Et legem veterem hic

Ius diuinũ stricte dicit' qd in scripturis diuinis est positũ

Ius diuinũ strictius dicit' qd est diuinitus promulgatũ, ut in veteri lege p Moyse et in noua p Iesum

caplamus proprie & stricte id est solum/ quod est scriptum in libris legalibus id est in Pentateucho Moysi: & appellatur haec lex diuina, 16, q, 7, c. In noua, & in. c. Cũ causam, de electione, Nam communiter accipiendo/ non ita stricte sed large totum vetus testamẽtum ad legem veterem pertinet. Et sic Psalmi & Prophetae. Vnde Io. xv, dicitur. Vt impleatur sermo/ qui in lege eorum scriptus est. & Io. x. vbi scriptũ est. In lege vestra ego dixi/ dii estis: quae tamen scripta sunt in Psalmis. Stricte ergo nõ comprehendit totam scripturã veteris testamenti/ sed distinguitur a libris moralibus/ propheticis/ historialibus. & sic accipitur Lucae vlt. Scriptum est in lege/ & Prophetis/ & Psalmis de me. Et de noua lege notandum est/ quod licet sit lex gratiae scripta potius in cordibus hominũ/ quam in libris/ immo etiam quilibet instinctus spiritus sancti possit dici lex specialis/ seu priuata. 17, q. 2. Duae sunt tamẽ ad propositum nostrum. Euãgelium lex noua dicitur secundum beatum Thomam vbi supra/ vbi plenius. Ius ergo diuinum hoc tertio modo est illud/ quod est diuinitus datum & promulgatum in nouo/ aut vetere testamento/ de quo idem doctor sanctus dicit secũda secũdae. q. lxxviii. art. ii. in fine. Quod ius diuinum/ partim est de his/ quae sunt naturaliter iusta: sed tamẽ iustitia eorum homines latet: partim autem de his/ quae fuerunt iusta ex diuina institutione: vnde ius diuinum per haec duo distingui potest sicut iustitia/ & Ius humanum. Sũt enim in lege diuina quaedam scripta/ quia bona: & quaedã prohibita/ quia mala. Quaedam vero bona quia praecepta: & mala quia ꝓhibita secũdum praefatũ sanctũ doctorẽ. Benefacit. c. Et si Christus de iur. iur. Quarto modo accipit ius diuinũ strictissime quod ex diuina institutione habet efficaciã in ꝓsenti/ & sic accipitur per Tho. iiii. quolibet. q. xiiii. Lex enĩ vetus quo ad aliqua/ quae in veteri testamento promulgata sunt: aliquam efficaciam habuit ex institutiõe diuina. Sed modo in praesenti efficaciã nõ habet. vt patet in. c. Nõ debet. de consan. & affin. &. xxv. dist. ab exordio. Et econtra nunc sunt aliqua ꝓhibita quae tũc erãt concessa. 33. q. iiii. §. His. Lex enim vetus continebat triplicia praecepta: scilicet/ Moralia/ Iudicialia/ & Ceremonialia.

*Ius diuinũ strictissime dicitur q ex diuina institutione in ꝑnti efficaciam habet*

*Lex vetus tria precepta ꝯtinebat*

Ista lex vetus quo ad moralia / manet integra totaliter iuxta illud Matthæi. v. Nō veni soluere legem secundum opinionem communem. Ceremonialia autem quo ad literam totaliter cessauerunt: vt in. c. Translato & ibi not. de constitut. Judicialia autem sunt mortua / quia nō habent vim obligandi. Sed si quis princeps mandaret illa obseruari: non peccaret: nisi illa mandaret obseruari tanquam habētia vim obligandi ex veteris legis institutione. Iudicialia igitur ideo nō obligant / quia fuerūt instituta ad disponendum statum populi iudaici: qui ordinabatur ad Christum. Ideo mutato statu illius populi / cum iā venerit Christus: ipsa iudicialia amplius non obligant: vt dist. v. in principio. &. c. i. de purifi. post partum.

Ex præmissis patet quid sit Ius / & quomodo accipiatur Ius diuinum multipliciter. In summa aliquid est de iure diuino primo modo tantum / scilicet de iure humano canonico puta de prosequēda appellatione infra certum terminum / vel probāda exceptione excōmunicationis & huiusmodi. Aliqd secundo modo / & nō aliis modis / vt bigamum nō ordinari / vel aliud simile. Aliquid tertio modo / & non alio / vt circuncisio. Aliquid autem quarto modo & proprie / & sic sunt quæ fide tenēda sunt: & præcepta moralia decalogi. Et quæ reducuntur ad illa / & sacramenta gratiæ. Et illud habeamus pro expedito / & quicquid est de iure diuino. Quarto est etiam de iure diuino / considerato tertio / secundo / & primo modo. Et illud quod est de iure diuino secundo: est etiam de iure diuino primo modo. Et sic primus modus est cōmunior secundo. Secundus communior tertio. & tertius cōmunior quarto.

¶ Quinto notandum secūdum beatum Thomam secūda secundæ. q. 88. art. 10. Dispensatio videtur importare commensurationem quandam distributionis / vel applicationis cuiusdam communis ad ea quæ sub ipso continētur. Vnde qui statuit legem licitam / obligat ad id / quod secūdum se / & in pluribus est bonum. potest tamen contingere quod in aliquo casu sit simpliciter malum / vel inutile / vel maioris boni impeditiuum. Et ideo necessariū est quod in tali casu determinetur. l. nō esse seruādam: & hoc est ipsam distribuere vel

opus est/ siue ad particularia conuenienda applicare: & pro pterea dispēsare/ per ethimologiā vocabuli dicitur: quasi di uersa pensare. Benē ergo dixit Raymundus: dispensatio est relaxatio iuris: & secūdum alios est quasi vulnus quo ius scri ptum vulneratur per simile. 24. q. i. Ipsa pietas. vel est com munis iuris relaxatio facta cum causæ cognitione ab eo/ qui habet ius seu auctoritatem dispēsandi vt dicit glo. i. q. 7. §. g tempore. Iuris dico idest rigoris iuris secundum Host. Qui enim dispēsat ex rationabili causa/ vtitur iure: quia ius est ob iectum iustitiæ. vnde quando dispensatio est debita: tunc iu stitia est/ & non misericordia tantum. Sed tamen potest ac cipi ius pro quadam mediocritate inter rigorem & dispen sationem vt dicit glo. 50. dist. vt cōstitueretur. quādo scilicet rigor dicit quendam excessum in iure / siue austeritatē iuris scripti. dispēsatio autem recedit ab illo excessu / & magis ad misericordiam tēdit. Ius autem inter hæc medium est. Hinc Philosophus. v. Ethicorum ponit epicheam virtutem ad iu stitiam pertinētem. Igitur eius obiectum est iustum/ siue ius & illa epichea est supra iustitiam legalem/ siue positam in. ll. scriptis. Ideo dispensatio aliquando vocatur iuris interpre tatio scilicet quando per Episcopū receditur a iure scripto. & acceditur ad iustitiam veram: & sic dicitur fieri æquitas/ siue æqualitas. Et secundum hæc ius scriptum aliquando di stinguitur ab æquitate / vt æquitas sit iustitia seruata contra verba & rigorem iuris scripti. Dispensatio ergo contra talē rigorē est potius debita. c. Dispēsationes. i. q. 7. & tunc per tinet ad iustitiā. Dispēsatio autē promissa magis pertinet ad misericordiā/ nō tamē omnino relicta iustitia. c. Si qs presb. & c. Presbyteros. 50. dist. iuncto. c. fin. de transact. vnde talis dispensatio deuiat a iure scripto communi/ nō tamen a iure vniuersali: cum ius sit in dispēsante/ qui habet auctorita tem & facultatem dispensandi/ & ea recte vtitur. Hinc Papa dicit notabiliter in. c. Proposuit. de con. præben. quod po test papa de iure super ius dispēsare. id est de iure sibi a deo concesso supra ius scriptum dispensare. In eo autem cū quo dispensatur: nō est ius simpliciter: alioquin licite possent pe tere in omnibus dispēsationem: quod certe non licet in mul

tis:sed quo ad deum & quo ad conscientiam:vt multi exem plificant in pluralitate beneficiorum/ si cum vno viuere pos sit.vt ostẽdit sanctus Thomas secundo quolib.q. 18. Sed est ius particulare scilicet licentia quandoq; petendi quandoq; autem non petendi/sed vtendi vt in casu pręmisso.& colligi tur ex glo. 33.q.2.Interfectorum.

Ex præmissis vidi concludi per doctissimos viros maxime Torcellanum in tractatu quem fecit ad Calistum de potesta te papæ:quod vbi aliquid est mere indifferens inter bonũ & malum:Dispẽsatio est simpliciter relaxatio iuris. Vbi autem adest/ quod nõ est mere indifferens/ sed bonũ simpliciter & absolute cõsideratum. Malũ autem in aliquo casu/ aut cum aliqua circunstãtia/vel econtrario:tũc dispẽsatio attẽto casu illo / vel circunstantia / est potius interpretatio secundum præfatum beatum Thomam. Quibus præsuppositis descẽ dunt præfati solẽnes viri ad determinationẽ.q.de qua prin cipaliter agitur. Et ponit idẽ Torcellanus tres cõclusiones Prima est.quod circa ius diuiuum.primo:secundo:& tertio sumptum cadat Papæ dispensatio/ qualitercunq; accipia tur ipsa dispensatio. Secũda conclusio quod etiã circa ius di uinum quarto sumptum:cadit Papæ dispensatio:capiendo ius secundo scilicet pro lege scripta/& dispensationem lar ge/ videlicet pro mera interpretatione. Tertia conclusio quod accipiendo dispensationem proprie idest per relaxa tionem:& ius primo modo est.pro eo quod iustum est:tunc contra diuinum ius quarto:non cadit Papæ dispensatio/& multo minus mutatio.

Descendẽdo ad particularia/ primã conclusionem ostendit satis parere ex præmissis. Nam Papa dispensat cõtra ius scri ptum ab ipso & conciliis statutũ 25.q.1.§.His ita.& in specie sanctus Thomas dicit quod in omnibus quę sunt de iure po sitiuo / dispensare potest. vt.d.c.Proposuit.temperando vt supra. Quo ad secundã partẽ / in qua positũ est quod possit dispensare cõtra ius diuinũ scriptum secũdo sumptũ : idest in scripturis sanctis positum:patet quia dispensat cum biga mo vt ordinetur 34.di. Lector.quod tamẽ prohibet Apost. in epistola ad Titum. Nec mirum quia Apostolus illud præ

pria apostolatus auctoritate statuit: vt declarat beatus Thomas in xiii. quolib. q. xiiii. dicens. apostolus. In doctrina sua posuit quaedam sicut promulgans ius diuinum: vt ad Galathas v. Si circuncidimini: Christus nil vobis prodest. Et prima ad Corinthios xi. de sacramento Eucharistiae. Ego enim accepi a Domino quod & tradidi vobis/& similia. quaedam vero tanquam statuens propria auctoritate apostolatus sibi concessa vt latius per sanctum doctorem loco praallegato. & probatur 28. q. i. Iam nunc. & sequenti. Merito ergo potest Papa dispensare cum bigamo vt ordinetur: quia non fuit prohibitio iuris diuini propriissime sumpti. Sed fuit institutio auctoritatis humanae idest apostolaris & auctoritate apostolatus quicquid aliter dixerint aliqui iuristae. vt Antonius de Butrio in. c. i. de bigamis. Nam Papa habet eandem potestatem statuendi & destituendi/ quam tunc habebat apostolus Petrus maior aliis. Ideo non potuerunt potestati successoris facere praeiudiciu. c. Innotuit. de electione. Et hanc rationem assignat idem sanctus doctor in iiii. Sententiarum dist. 28. Nec est dicendum Papam errare: quando aliquid facit cotra ea /quae apostoli diffinierunt: vt in. c. Sunt quidam 25. q. i. Nam secundum beatum Thomam in tractatu cotra impugnates religionem: vt refert idem Torcellanus: veru est quod Papa non potest destruere canonicam scripturam Apostolorum/& Prophetarum/que est fundamentum in ecclesia Dei: vt pura contra articulos fidei. Sed cum bigamo dispensat in prima: qua statuerunt apostoli presbytero fornicanti. 82. dist. c. Praesbyter. & ita intelligatur glo. i. q. 7. Requiritis. Hec distinctio sancti doctoris docet nos intelligere multa dicta. in quorum aliquibus dicitur quod Papa potest dispesare contra apostolu/& in aliquibus quod no. Et si instetur pro dictis iuristis. dicetibus quod Papa no potest dispesare cum bigamo per textum in. c. Super eo. & c. Nuper de bigamis. Respondet theologi & doctores tenetes affirmatiuam/quod non licet nisi ex magna causa: no autem quod no possit. Insuper si dicatur cum magistro: quod Papa cum bigamo dispesare no potest in diaconatu & sacerdotio/vt in c. Debitum de bigamis. quia bigamus diuisit carnem suam

ideo non potest habere vnitatis sacramentum. Respondent doctores quod illa vnitas carnis nõ est de necessitate: sed ad bene esse secundum beatum Thomam. Non enim in bigamo deficit sacramentum prout sacramẽtum est vnum de septem: sed prout est vnum de tribus bonis matrimonii secundum Hẽricum de Gandauo. vi. quolib. q. xx. & hæc sunt notanda singulariter. Si igitur excellentissimus doctor. d. Ioannes de Lignano non fuit promotus ad Cardinalatum/quia erat bigamus: vt refert Bal. in. c. At si clerici. de iudic. col. vii. iudicare possumus ex præmissis vtrum fuerit legittima causa negãdi doctori tali/in theologia & vtroq; iure excellentissimo ¶ Quo ad tertiã partẽ/videlicet quod potest dispensare in pœnis statutis in veteri lege/ & si de nouo statuantur: positiuæ reddũtur. Et de cerimonialibus di. v. in principio. quia præfati doctores habent pro expedito/non insistam. Secundam conclusionem supra positam probari dicunt quia de iure diuino quarto modo sumpto/ est votum & iuramẽta reddere quod est præceptum in lege veteri/& confirmatum per nouam. l. confirmantem moralia veteris testamenti iuxta illud. Nõ veni soluere legẽ. &c. quod de moralibus intelligitur: quæ sunt de lege naturæ. Papa autem in his dispensat interpretãdo videlicet quid sit debita materia voti vel iuramenti / vtputa quod votum vel iuramentum non seruetur: quia illud quod quis vouit: non fuit debita materia voti vel iuramenti: quæ sub eis cadere debent: vel in aliquo casu pro seruando scilicet maiori bono: & tunc certo certius est/quod papa non dispensat contra ius diuinum id est cõtra æquitatem seu iustitiam iuris diuini. Sed ius diuinum scriptum simpliciter / circa obseruãtiam voti & iuramenti interpretatur/ applicando ea ad debitam materiam voti vel iuramenti: vt in. c. Quãto. de iur. iur. vbi interpr̃tatio requirẽda iũcta glo. in verbo absolui. & glo. in. c. Nõ est de voto: dum dicit notanter: quod in votis & iuramentis Papa proprie non dispẽsat sed declarat. Est ergo tunc papæ dispensatio idest interpretatio & declaratio prout etiã similiter declarat beatus Thomas secunda secundæ. q. 99. art. 10. in solutione. 21. argumẽti. dicit enim quod sicut ex iure naturali & diuino quis tenet

secunda conclusio Papa interpretãdo dispẽsat cõtra ius diuinum strictissimum, capiẽdo ius p lege scripta

Papa in voto et iuramẽto interpretat

tur implere votũ: ita eodem iure tenetur parere legi & mandato superioris. & tamen cum dispensatur in aliqua. l. humana/non fit hoc vt legi humanæ non obediatur: quod esset cõtra mandatum diuinum: sed vt hoc quod in hoc casũ est lex/ nõ sit lex. Ita etiã fit auctoritate superioris/ vt hoc quod continebatur sub voto: non contineatur/ inquãtum papa determinat in hoc casu illud non esse congruam materiam voti. Cum igitur prælatus ecclesiæ dispensat in voto / nõ dispensat in præcepto iuris naturalis vel diuini: sed determinat illud quod cadebat sub obligatione deliberationis / quæ non poterat omnia circunspicere. Nec dicitur propterea quis non seruare fidelitatem Deo/ si non seruat votum malum/ vel inutile/ vel maioris boni impeditiuum: ad quod tendit talis voti dispẽsatio interpretatiua & declaratiua. vt not. in. d. c. Non est. de voto. i. declarat pro tunc/ quod illud non est conueniens materia voti. vel est rel[illegible]atio & relaxatio secundum aliquos theologos: cum pro votis non possit præiudicari obedientiæ superioris: & statim quod superior declarat: illum qui vouit: non teneri: cessat obligatio/ qua quis tenebatur ad obseruantiam voti: scilicet manente obligatione secundum beatum Thomã ¶ Circa votum autem solẽnizatum per professionem religionis/ vtrum Papa possit dispensare. aliqui iuristæ quod sic: quos imitatus est beatus Thomas in. iiii. sententiarum. & Henricus de Gandauo. v. quolibet. q. 28. & multi alii. & prout practicatur. Sed postea in secunda secundæ tenuit quod non. arg. regulæ. Semel Deo dicatum. vt ibi latius. de quo videndum in. c. Cum ad monasterium. de statu monachorum. Si teneatur affirmatiua quæ practicatur: oportet soluere vt supra: quod dispẽsat Papa declarando/ aut releuando/ vel relaxando/ ex causa/ tollendo necessitatem obligationis scilicet pro seruando maiori bono vel simili. quo casu Papa non dicitur dispensare cõtra ius diuinũ. sed illud interpretari vt sæpius dictum est. Et similiter dicunt præfati doctores de dispensatione circa iuramentum/ quod non se extendit/ quod aliquid fiat cõtra iuramentum: sed vt id quod sub iuramento cadebat: sub iuramento non cadat, tanquam existens in debita materia

Papa an possit dispẽsare circa votũ solemnizatũ

Dispẽsatio circa iuramẽtũ

iuramenti.de quo late per sanctum Thomam secūda secun dæ.q.89.arti.ix.& tunc absoluitur quis ad cautelam ab obseruantia iuramenti.vt in.c.Peruenit.de iur.iur.Hinc dicimus quod si est dubium/vtrum iuramentū sit licitum/vel illicitum/ vtile vel non:aut simpliciter/aut aliquo casu quilibet Episcopus dispensat idest interpretatur.c.i.in fine de pœnit.dist.vi.Nisi forte iudicium sit difficile:quo casu fit relatio ad Papam sicut in iuramento fidelitatis.de electione. Venerabilem.Quando non sub iuramento continetur aliquid manifeste licitum/& vtile:tunc dicitur quod non cadit dispensatio sed commutatio vbi aliquid melius occurrit faciendum ad communem vtilitatem/& tunc non dicitur soluere iuramentum:vt in.c.Peruenit.d.ii.de iur.iur.Quod ad Papam maxime pertinet/qui habet curam vniuersalis ecclesiæ.Vel etiam absoluta relaxatio/ quæ etiam ad Papam pertinet in omnibus vniuersaliter/quæ pertinent ad curam rerū ecclesiasticarum/ super quas habet plenitudinem potestatis.Sicut vnicuique licet irritare iuramentum/quod sibi factū est a subditis/circa ea/quæ eius potestati subditur.c.i. de iur.iur.&xvi.q.vi.Alius.Et præmissa declarantur exemplo demonstratiuo etiam in prophanis.

Ecce Magnifici domini Priores ciuitatis Senaæ nil possunt decernere contra statuta facta a populo/ seu consilio populum repræsentāte:& tamen quando occurrit aliqua difficultas circa interpretationē alicuius talis statuti dubii:possunt declarare/& declarando interpretari:& ita est modificata eorum potestas.similiter quando ipsi domini priores/vt cōsilium repræsentantes/& nomine consilii vt delegati aliquid statuerunt:non licet eis/nec successoribus illud tollere:sed quando auctoritate magistratus sui ordinaria/aliquid decreuerunt:possunt eadem auctoritate ipsi & successores parē potestatem habentes reuocare:quia par in parem nō habet imperium:vt pulchre demonstrat Barr.in.l.Ambitiosa.de decr.ab ord.facieñ.Fortius quādoque licet ipsis Prioribus aliquid decernere cōtra statuta facta a populo ex causa noua/aut nouiter detecta,quam si populus considerasset,vtique permisisset vt.l.Si hominem.ff.man.& per Barr.latissime:

Priores senarum

in.d.l.Ambitiosa.Et sic licet faciant cōtra statutum scriptū iussu populi/non tamen faciunt contra mentem populi/qui talem casum si cōsiderasset specifice permisisset in illo casu. de quo etiam per doct.in.l.i.ff.Quod quisq; iur.

Quid ergo mirū? si diximus vt dictum fuit: quod Papa possit apostolica auctoritate/ qua fungitur:pari auctoritate Petri/ & maiore quam alius apostolus habuerit: vt apostolus dispensare cōtra ea/ quæ apostolus statuit propria auctoritate apostolatus quæ sunt ius diuinum proprie. Non sic dicendū de his/quæ apostolus promulgauit vt ius diuinū pmulgās/& quasi os dei:vt supra dictū fuit. Et circa ista vltima quādoq; dispensat interpretando/aut releuādo/ aut relaxādo/ non tamen contra illorū mentē dispensat:licet contra faciē scripturæ dispensare videatur. Quæ videntur sapida & notanda & sunt in effectu sumpta a beato Thoma. 14. quolibet. q. 14. Hinc quandoq; legimus dispensatum per papam/quod Monialis professa filia Regis nubat alicui Regi:vt legitur in vita Celestini. iii. qui dispensauit vt Constantia filia Rogerii regis/Monialis professa nuberet Henrico.vi.filio Federici Barbarossæ/vt Platina refert. Baldus etiam in.l. Qui duos.§.In arrogationibus.ff.de adoptionibus. dixit magis esse studendū generationi quam ingressui religionis. Et ideo subdit/q; si filius vnicus Regis ingreditur monasterium: peccat: & nō meretur: & papa potest dispensare/ ne regnum pereat. per illum tex.quod est mirabile verbum. Et forte Bal. nimis ore lato locutus est: sed non dubito quod intellexit quādo impediebatur bonum publicum/ & maius bonum.

Super tertia conclusione / quæ dicit quod non cadit dispēsatio contra ius diuinum vltimo modo/ & proprie sumptum: videlicet cōtra illud/quod a Christo promulgatum est in nouo testamento: in quo continentur quæ pertinent ad præcepta moralia/& ad sacramēta gratiæ: potest dici quod probetur.xi.q.iii.Qui omnipotentem.&.25.q.5.Sunt quidam.& deciditur per sanctum Thomam.4.quolib.q.14. Vbi concludit quod papa habet plenitudinem potestatis in ecclesia: Ita scilicet quod quæcunq; sunt instituta per ecclesiam / vel ecclesiæ prælatos sunt dispensabilia a papa. Hæc enim sunt

Papa dispēsauit moniale filiā Regis q nubat

Tertia cōclusio q Papa nō dispensat cōtra ius diuinū strictissime et pprie sumptū

& dicuntur esse iuris humani siue positiui/ Circa vero ea/ quæ sunt iuris diuini siue iuris naturalis/dispensare non potest:quia ista habent efficaciam ex institutione diuina/Et subdit:quod in solis his/quæ sunt de lege naturæ idest preceptis moralibus / & articulis fidei / & sacramentis nouæ legis / dispensare non potest : quia hoc esset non pro veritate / sed contra veritatem dicere. Et in hoc dicit idem Torcellanus conuenire alios Theologos/vt Petrum de palude in tractatu de ecclesiastica potestate art.v.dicentem:quod dicere/aliquid esse de iure diuino:& nihilominus sit subditum Papæ: est oppositio in obiecto/ quia Papa non est supra ius diuinū: sed sub ipso.vnde potestas/ quæ est de iure diuino:nullo modo subest Papæ:vt possit eam tollere:vel mutare.Igitur consequens est:quod non possit statuere contra articulos fidei/ contra præcepta moralia/& sacramenta gratiæ.Fundamentum enim nemo potest aliud ponere preter id/quod positū est.i.q.i. Cum Paulus.Pulchram rationem assignat beatus Thomas in.iiii.dist.27.q.4.videlicet, Operatio ministrorū ecclesiæ præsupponit institutionē eius: sed dispensatio est operatio ministrorum/vt Episcoporum/ Legatorum/& Papæ/qui est primus inter omnes ministros.Ergo dispensatio Papæ præsupponit institutionem seu fundamentum ecclesiæ : & per consequens ad illa se non extendit. Nam operatio ministrorum ecclesiæ / præsupponit institutionem siue fundamentum ipsius ecclesiæ.vt ibi latius.Et hoc est/quod in prophanis/ in simili dixit Bar.in. d.l.Ambitiosa.dū dicit quod habentes arbitrium/& baliam super bono statu ciuitatis &c.nō possunt ex vigore dicti arbitrii / mutare ordines & regimina ciuitatis,quia intelligitur super bono statu pręsenti:alias non esset nouum statum facere:nec possunt aliquid statuere quod sit contra statum/ & ordines factos a toto populo:a quo ipsi auctoritatem habēt/nisi ex causa detecta postea:vt.d.l Si hominem.& tunc non facerent contra mentē populi:sed potius secundum verisimilē mētem populi: qui illā causam ignorauerit tēpore statuti facti.& qui si sciuisset/ permisisset ex causa prædicta/ Hæc licet non possint adaptari formaliter terminis. q.quę est an Papa possit dispēsare

circa Ius diuinum quarto modo sumptum/& strictissime: quoniam ipse Deus auctor illius iuris diuini prauidit & praesciuit omnes causas/ etiam futuras: quoniam ipsum nihil latuit/nec latet. Vnde non potest dici causa ignota ipsi Deo tempore conditi talis iuris diuini:potest tamen emergere casus/quem mentaliter non includit tale ius diuinum:licet literaliter includere videatur. Illius ergo diuini iuris immutabilis/Papa nō potest esse immutator/sed interpres vt intelligatur secundum sensum & mentem Dei. Concluditur ergo cum sancto Thoma: quod praecepta decalogi / quo ad iustitiam/quam continent immutabilia/& indispensabilia sunt. Quo autem ad aliquam determinationē per applicationē ad actus particulares/sunt mutabilia & dispensabilia dispensatione intellige interpretatiua/vt saepius dictum est:aut recuatiua/ seu relaxatiua/secūdum mentem Dei. Quibus addendum secundū beatum Thomam prima secundae.q.96. quod illud quod dicitur quod princeps sua lege non astringitur vel ligatur:intelligi debet.s. quo ad vim coactiuam legis:non quo ad vim directiuam:vt in.c.Non liceat.xii.q.2. iuncta glo. Nam quo ad vim directiuam legis/ita debent dirigi actiones principis/sicut aliorum. vnde tex.in.c.iustum x.dist.dicit quod Iustum est principem legibus obtēperare suis/& legibus suis teneri/nō quidem necessitate coactionis/ quia agit mere libere:sed necessitate immutabilitatis/& inuariabilitatis ordinis iustitiae Dei.

Insuper Vicariatus Papae solū respicit illa / quae post fundationem siue institutionem ecclesiae operanda sunt: non quae ad ipsam fundationem siue institutionem pertinent. Exemplum. Princeps fundat ciuitatem/ & postea Vicarium dimittit. & sic in instituēdo nō habet Vicariū/sed in administrando post institutionem. Et generalis etiā Vicarius multa non potest. vt not.ii.q.v.c. Quaedā causa.& per Bart.in.d.l. Ambitiosa. Praeterea papae dictū fuit:tibi dabo claues regni coelorum id est ecclesiae militantis. At qui habet claues domus: per eas non potest remouere illa / per quae domus consistit/ aut de nouo illa constituere. Fundamentum enim nemo potest alius ponere praeter id/quod positum est. primae ad Co

rinth.3. sed solum potest per illas claues aperire & claudere: introducere & excludere:& custodire & similia/Et quanq̃ sit vicarius Dei/non est par:quia ille per auctoritatem poterat/ hic per ministerium: &sic nõ eadem omnia potest/ nec eodẽ iure/seu modo.Sed est dispẽsator/& debet esse fidelis:scilicet dispensando/vbi/quãdo/quibus & quomodo oportet.Multa enim sunt/quæ papa non potest:& multa potest/ quæ non licet.& multa licet facere quæ nõ expediunt.xi.q.i.c. Aliud. Item secũdum quod habet plenitudinem potestatis in ecclesia militãte iam fundata:per quod excluditur quod non potest se impedire in his/ quæ ad eius fundationem pertinent: videlicet Articulos fidei/præcepta moralia legis/ & sacramẽta gratię:& per consequens nec circa diuinum ius/quod ista cõtinet.Habet ergo plenitudinem potestatis dispensandi in omnibus dispensabilibus secũdum beatum Thomã secunda secundæ.q.88.articulo vltimo.

Sed non volando amplius cum intellectu ad materias extraneas/fraternizantes tamẽ insistã nostræ de qua quæritur.Si quæratur nũquid dispẽsatio papæ super pluralitate beneficiorum incompatibilium/ reddat tutum dispensatum in foro poli & conscientiæ. Hoc opus & labor.Multi dicunt quod sic/cum sit ista vnitas inuenta de iure positiuo/ergo papa possit licite dispensare quomodo/& quando vult. quod etiã sequũtur multi doctores/qui scripserũt super Extrauagãti. Execrabilis. At idem Torcellanus dicit/quod dicere quod papa in omnibus/quæ sunt de iure positiuo/ potest licite dispẽsare:& hoc dicere sine distinctione/ est secũdum eum nullo modo admittẽdum. Speculator dicit quod voluntatẽ habet pro ratione. Beatus Bernardus ad Eugeniũ dicit. Indecens est tibi inter pure bona/& pure mala indecẽs est tibi voluntate pro lege vti: & potestatem exercendo/negligere rationem. Vnde cum agens contra iudicium rationis peccet: quia contra conscientiam: intelligendum est primũ scilicet dum dicimus quod potest papa in omnibus/ quæ sunt de iure positiuo licite dispensare scilicet de potentia absoluta. Secundum dum exigitur distinctio:intelligatur de potentia ordinata. Cum igitur pluralitas & vnitas beneficiorum nõ sit

de pure bonis/nec de pure malis: quia si talis esset: papa nõ dispensaret: sed sit de mediis/& non sit de mediis indifferentibus secũdum naturam suam: immo pluralitas beneficiorũ sit de mediis / quæ absolute sunt mala: quia malum videtur quod vnus habeat plura / cũ vix in vno possit seruire bene. c. Quia nõnulli. de cler. nõ resid. tamẽ in aliquo casu potest fieri vt sit bonũ / videlicet vel propter ecclesiaꝶ paupertatẽ quãdo nulla de per se sufficit vnũ ministrũ sustẽtare: vel propter ministroꝶ defectum. quos casus ponit glo. in. c. Dudũ. de electione. potest tamen vnam habere in titulum/aliam in commendam/vel vnam dependentem ab altera vt in. c. Nemo deinceps. de electione. & in. c. Supra eo. de præbẽ. in vi. Item ex dispensatione Papæ dicit glo. in. c. de multa de preben. de quo non dubitatur in foro fori contentioso: sed in foro conscientiæ/an licite. x. q. ii. Vnio. 21. q. i. c. i. habetur. Hæc autem an licite fiat dispensatio/pendet ex duabus causis scilicet ex parte eccl. vel ministri/& illam dispensationem licitam faciunt facilem aliquæ causæ inductiuæ seu dispositiuæ/vt in. c. Innotuit de elect. videlicet litterarũ sciẽtia/morum honestas/fama personæ vt in. d. c. de multa. Et cum in. d. c. dicat potius dispensare circa litteratas psonas/ cũ ratio postulat: innuit: quod existẽtibus illis causis/& si qua alia de iure est: potest Papa licite dispensare: alias nõ potest licite: Potest autem de potentia absoluta. Subdit Torcellanus. Et cum quo dispensat: scilicet sine causa & de potentia absoluta: tutus est non quo ad Deum/sed quo ad ecclesiam militantem secundum Theologos præsertim Henricum de Gandauo 20. quolibeto. q. xvi. & xvii. & Thomam secunda secundæ. q. 27. secundũ vero canonistas puta Hostieñ. Io. And. & sequaces idem. quod Abb. habet pro indubitato in d. c. Dudum de electione. quando dispẽsatio talis fieret propter vtilitatem priuatam dispẽsati/quia alterum sibi sufficeret ad honeste viuendum. Eo enim casu non solum alteratur humana dispositio: sed Christi patrimonium iniuste dispergitur. Cum enim Papa nõ possit alienare bona ecclesiæ sine graui peccato secundũ Archid. in. c. Nõ liceat. xii. q. 2. multo minus potest dare potestatem alteri ipsum patrimo-

nium male dispergendi. Innoc. vero & sequaces voluerunt quod dispensatus sit tutus etiam in foro conscientiæ/cũ dispenset circa ius humanum. In qua dispẽsatione sufficit pro ratione voluntas. Negatiua tutior/pro qua facit quod dicit Bernardus in Epistola ad Adam monachum. Nunquid desinit esse malum/aut minoratum est: quia hoc Papa concessit? Quis vero malum esse neget: assensum præbere malo: & sic ouem in præcipitium erroris errare permittere: a quo tamẽ cum diligentia reuocare debet. Ne forte dicatur ei illud Ezechielis. Quod errabat: non reuocasti. quod perierat: non quæsisti. Insuper Augustinus in libro de pastor. Qui sic petẽti licentiam errandi/Pastor debet dicere: Tu vis errare: tu vis perire: ego nolo. Item Bernardus in 2. de cõsideratione ad Eugenium dicit sic. Fatigatis vos: probatis habere plenitudinem potestatis: sed iustitiæ plenitudinem nõ ita probatis. Nõne indecens est tibi volũtate pro ratione vti? Insuper idem Bernardus in Epistola ad Robertum/de eo qui petit dispensationem/& cum quo Papa dispensat: dicit. Quid tibi quispiam frustra blanditur de absolutione apostolica: cuius conscientiã diuina ligatum tenet conscientia. Tolle occasiones: respue blandimenta & adulationes. claude aures: te interroga de te: quia tu te melius nosti: tibi tua cõscientia respõdeat &c. Ego non ponam os ad cœlum circa determinationem huius puncti/in quo maximi Theologi & iuristæ maluerunt probabiliter dubitare quã diffinire. Scio tamen/quod deterioris cõditionis est quo ad Deum dispensatio/quando ad eius postulationem vel alterius facta est: quam quando motu proprio secundum Goffred. Host. Io. And. & Hẽricum Boich. in. d. c. de multa. vbi tenet negatiuam quãdo dispensans nuda voluntate mouetur: non habens intuitum ad causas/sed pro motu/& quia sic voluit: vt ibi per eũ circa finem. Sed procliuior sum in negatiuam secũdum priuatam conscientiam meam: saltem vt ille dispensatus teneatur distribuere secundum canonicas sanctiones magis præcise. Quia tamen ecclesia dispensare consueuit: & dispensati consueuere cõfidere de dispensatione apostolicã/quo ad pluralitatem/quam prohibet ius positiuum: Nõ putarẽ

Imputandum ad peccatū illis / quos nō remordet consciē tia/quia plene confidunt in potestate apostolica. Aliis autem quos remordet conscientia: puto imputari ad peccatum. Et circa præmissa audiamus Baldum in con. incipień. Fama. vbi dicit ꝙ nemo debet habere suā consciētiā scrupulosam ex opinione sui capitis: sed eā debet inferre ex his q̄ iuribus ciuilibus & canonicis disposita sunt. & si cōtrariā haberet: il lam deponere debet. Quod si deponere nō potest: ꝓ bono animæ/tutius est quod restituat quod credit nō posse retine re salua consciētia. In alio con. incipień. hæc materia. dicit. Quod si in cōscientia nostra dubitamus de aliquo: dubia cō scientia nō est cōscientia: nec obligat ad peccatū mortale/qa intellectus non habet vbi figat pedē: & in ambiguo possessor debet magis sibi fauere q̄ dissuadere: quia debet se confor mare consciētiæ iuris per ora principum diuinitus promul gati: nec debet quis sibi facere conscientiam de eo quod nō potest explicare secundum rationem veri perfecti/ & cōstan tis iuditii. quæ verba sunt maximi ponderis.

De. q. autē. d. Felini de pēsione imposita per papā vni eccle siæ sine causa rationabili / videtur minus dubitādum quam in præcedenti. q. in qua ratio vniuersalis videtur magis ob stare dictæ pluralitati beneficiorum/ quam dicto oneri pen sionis/& similiter ratio publicæ vtilitatis concernentis bonū regimē ecclesiarum. l. i. §. Ius publicum. ff. de Iust. & iur. Vn de transirē cum eo in suis terminis: pro cuius opinione alle go Baldum in con. incipień. De plenitudine. vbi dicit quod ille qui habet dispensare de iure tantum/debet facere ex cau sa/& causa cognita vt intelligatur dispēsatum alias est teme raria. In eo autem qui potest dispensare pro libito volunta tis/ secus: quia potest etiā non idoneum ad libitū admittere: & ita dicit intelligendū Innoc. in. c. Iuuenis. de fil. presb.

Præmissæ inuestigationes dispēsationum permissaꝝ papæ/ & nō permissaꝝ / faciūt ad quæstionē quotidianā : videlicet an papa possit dare clerico seculari/rectori ecclesiæ/aut præ lato seculari vel regulari facultatem testandi de bonis quæsi tis contemplatione ecclesiæ / vel de fructibus beneficiorum secularium vel regularium perceptis/& extantibus vel perci

plendis/& pēdentibus / aut nasciturís post mortem eius tem pore successoris / pro aliquo tempore: sicut anno superiore ex facto quæsitum fuit. Nam Sixtus. iiii. cum infirmaretur grauiter Reuerēdissimus Cardinalis de Gonzaga Mantuanus/ & propter eius munificentiam/& splendidam vitā/esset grauatus ære alieno fortasse.xx. millium ducatorum: concessit eidem quod posset testari de fructibus beneficiorum futuris/& percipien. post illius mortem vsq; ad summā. xii. mil. duc. capiendo in sex annis quolibet anno duo mil. licet ille esset dominus plurium terrarum. Fuit dubitatum de multis. q. adiacentibus: sed inter cætera / an Papa potuerit dare sibi illam facultatem testandi de bonis ecclesiarum. Et omittendo.q.vtrum clericus possit suis creditoribus de fructibus sui beneficii satisfacere.de quo per doct.in.c.Peruenit de fideiussoribus.& in.c. Olim clem.ii.de restit.spol.& in.c.Odoardus de solut.& in.c. Statutum.§. Assessorem de rescriptis in vi.& per Abb.in .c. Cum esses de testam.q.4. principali in repetitioñ.& in.c. Ex præsentibus de pig. & in c.i.de solutioñ.& Gasparē de calda.in suo con.incipieñ.Monachus.in titulo de solution.inter consilia.d. Ioannis patris sui.& in con.sequenti incipien. An successor.& Speculator in tit.de senten .execut.§.Sequitur.vers.quid si debitor. Idē Abbas in. d. c. Cum esses in repetition.q.v.principali concludit quod Papa non posset clerico indulgere potestatem/ vt de bonis intuitu ecclesiæ acquisitis possit libere testari sine causa scilicet pietatis/necessitatis/cōmoditatis/vel vtilitatis ecclesiæ/ prout dicitur in alienatione bonoꝝ ecclesiæ vt ibi latius per eum. Contra quem faciūt multa quæ supra inducta sunt & relata/inferentia quod Papa in beneficialibus & fructibus ecclesiarum habeat liberrimam potestatem/& possit pro libito disponere etiam sine causa/ de quo videndum in locis præallegatis. In Curia sæpe videmus huiusmodi facultates dari a pontificibus quādoque liberas/quādoq; limitatas/ & quandoq; in fauorem creditorum. Sed vtrum & quando valeant: maiorem requireret indaginem. Reperi alias fuisse consultum per quosdam excellentissimos doct. Perusinos/quod Papa poterat dare talem facultatem etiam

patet ex his quæ dicta sunt supra.q.ix.xi.&.xvi. quæ non re-
peto ne sit nimis longa ista tela: & satis est inde haberi quod
pertinet ad hanc quæstionem.

## Vigesimatertia Quæstio.

VIgesimo tertio quærit Oldrad.in suo con. 167.
incipieñ. Ad primam.q.in.iiii.quæstione:si in
ordinatione cuiusdam Vicariæ/ fuit statutum
quod Vicarius daret perceptori.lx. libras. Et
si contigerit decimam imponi per Papam: præstaret solum
50. & vicaria reperiatur secundum taxationem decimæ sol-
uere pro.c.x. libras. An dictæ.x. libræ videãtur præstari per
perceptorẽ/ an vero per vicarium/& sic contineatur vel nõ
cõtineatur sub gratia: idest an habens literas apostolicas de
cẽtum ad taxationem decimæ: possit illam acceptare ad. c.
libras taxatam. Si enim per vicariũ dictæ.x.libræ videantur
præstari: vtiq; dicta vicaria taxata in cẽtum decem nõ inclu
deretur in gratia de centum taxata. Si vero per perceptorẽ/
sic determinauit idem Oldradus ꝙ per vicarium videantur
præstari. Nam in ordinatione dictæ vicariæ/ dictum fuerat
quod vicarius omnes fructus/ & omnes obuentiones perci-
piat: soluat tamen dicto perceptori vt supra. Vnde patet ꝙ
perceptor in vicaria nullum ius habet/nec in fructibus eius:
sed vicarius omnes fructus ꝑcipit: & de manu sua pecuniã
dat perceptori.de vsufr.legat.l.Patrimonii.&.l.Fundi Tre-
batiani. &. l. Defuncta.de vsufr. §. Sempronio. cum simil.
Semper ergo beneficium est penes vicariũ cum onere præ-
standi nunc.lx.& nunc.l.nec illa.x.videntur commutare ob-
ligationẽ passiue siue respectu vicarii obligati: sed mutatur
respectu conditoris:quia nunc perceptori/nunc vero Rom.
Ecclesiȩ pro dictis.x.libris tenetur. Mutatur etiam vsus quia
nunc ad priuatum perceptoris commodum conuertuntur:
nunc oneribus decimæ persoluendæ respondetur.l.Quidã
prædia.de vsufr. legat. Vnde nõ tam perceptori illa.x. vide
tur soluere quam ea non capere/inter quæ multum refert.l.
Qui autẽ.ff.quæ in fraud.cred. Sic ecõtra/ dicitur aliquãdo:

quis non perdere: sed non quærere.l. ff. quæ in fraud. cred. & ideo hoc totum imputandum est vicario quasi apud eum subsidens vt. ff. ad. l. Falcid. Id autem. §. vltimo. & l. seq. & l. Ex asse. & per hoc optime secundum eum. l i. §. Si vero non omnes. C. de cad. tollen. Innuit mihi Oldradus / licet satis obscure loquatur: quod vicaria vtroq; dictorum casuum. i. siue soluat perceptori / siue Cameræ papali/censeatur taxata in. c. x. quia ipse vicarius percipit fructus. & hoc videtur etiã voluisse Ioannē de Lignano in cle. ii. de decimis. quem retuli supra. q. xvii. in vers. Hoc etiam videtur innuere Ioan. de Legnano. Eandē. q. formaliter paucis verbis mutatis ponit Io. And. in add. Specu. in rubr. de cōcess. præben. aliquãto clarius: & tacuit Oldradum auctorem. Et ibi vide dicta vtiliter / an pensionarius talis teneatur soluere decimam scilicet papalē de sua pensione diuersam a decima ecclesiæ soluentis pensionem: an vero cōtribuere ecclesiæ soluenti decimã papalē pro rata / quæ est solennis. q. illic bene trita / ni fallor.

## Vigesimaquarta Quæstio.

Vigesimo quarto quæritur. An Papa possit causa licita moderare pensionem vni ecclesiæ impositam a prædecessore suo/ vel a se. & quid etiam de ordinario: & an debeat pars citari & quando. Super prima parte non video dubitationem/ videlicet quod Papa potest nō solum ex causa licita moderare pensionem talem/sed etiam ex toto fortasse tollere/etiam sine causa: cum sit administrator supremus: & liberrimam in beneficiis & eorum fructibus habeat potestatem. c. proposuit de concess. preben. in. vi. clem. ii. vt lite pend. Et in specie probatur: quod talis moderatio iuste fit: in. c. Prohibemus de censi. & ibi not. p doct. Ad quod faciunt/ quę vtilissime dicta sunt scilicet. q. iiii. v. 7. xi. & xvi. & quæ Pontanus dixit in con. 369. & Paul. de castro con. 51. allegatis scilicet in diuersis quæstionibus maxime in. vii. q. An autem sit idem dicendum in ordinario vt possit illã moderari a se/vel prædecessore impositã: dicendũ quod in primis est considerandum quomodo/qualiter/& cum qua solē

nitate fuerit constituta / & vtrum magna vel parua/ppetua vel ad tempus/& ex causa licita/& in proportione causæ pro ut eleganter disputat Oldradus in con. 225.incipieñ.Quidam Episcopus . quia aliquando esset nulla ipso iure,vt ibi per eum .

Secundo si causa/ob quam fuit concessa/ puta exuberantis reddituum ecclesiæ grauatæ cessauit: quia fructus & redditus sunt valde diminuti/ vel onera grandia superuenerint ecclesiæ grauatæ:putarem indubitanter succurẽdum ecclesiæ grauatæ/cuius onus tempore concessionis erat tollerabile:nunc autem ex causa est intolerabile. & hæc intelligo quãdo ille recipiens pensionem/illam acquisiuit ex mera gratia vsque ad modum permissum . de quo in.c. Apostolicæ de don. vel acquisiuit in beneficium personale gratuitum.Si enim habuisset in stipendium proportionale meritis aut labori recipientis/non putarem aliquid decerni posse in præiudicium illius/qui habuisset nõ gratis:sed in satisfactionem aut remunerationem æquiualẽtem.l. Aquilius.ff.de donat. cum simil.& latius vide dicta supra.q. 7.&.xvi.& per Pontanum in con.369.sæpius allegato. & Paul.de castro con.51.in quibus omnino videndum.& per Card.in clem.i.de rebus ecc. non alien . q.19 .

An autem in moderatione/aut limitatione/vel reuocatione huiusmodi pensionis facienda a Papa/vel ordinario in casu sibi permisso/sit pars citanda/cui pensio est cõstituta:dicẽdũ est solẽnis.q.Ludou.enim Pontanus in.6.q.in dicto con.38. dixit quod in modificatione pensionis quam Papa facit:nõ est necessaria citatio illius ecclesiæ in cuius præiudicium fit/ vel alterius. primo quia cũ princeps iusta ex causa ius alterius nedum minuit:sed aufert per viam extraiudicialem illius secundum eũdem/non est citatio necessaria . tex.dicit esse in.l.Lutius.ff.de euictione.& in .l . Itẽ si verberatum.§. Præterea.ff. de rei vend.& in.c.Ex multiplici de decimis.& in clem. Dudũ.vers. Nos autem.de sepul.ratione assignat: quia cum illo inuito / hoc possit facere:ergo & pariter eo inscio/& absente.l.Qui potest inuitis.de reg.iur.ad idẽ Paulus cons. allegato.l. de fideicõ. lib. Secũdo adducit doctri

nam Innoc.manifestam secũdũ eum in.c. Nisi cum pridẽ. circa finem in glo.super verbo indulgeri de renũtiatione di centis/quod cum princeps ex plenitudine potestatis/seu ex certa scientia alteri facit gratiam:non est necesse ad illius va liditatem vocari illos/quibus ex ea p̃iudicium potest inferri. ergo & in proposito ad validitatẽ huius iustæ gratiæ modifi catiue factæ ex plenitudine potestatis vt dixi:nõ erat necessa ria citatio illius/cui præiudicium inferri dicitur. Tertio di cit illud manifestari ex casu valde notabili secundum vnam lecturam glo.c.Cum olim.de re.iudic. Vbi dicitur non esse necessarium ad validitatem ordinationis principis citari personam in cuius præiudicium ordinatio fieri dicitur: cũ certum est illi personæ/aduersus dictam ordinationem/nu lam defensionem cõpetere posse/prout in casu isto. Et ita vt dixi/consuluit prȩfatus doctor in fauorem monasterii sancti Antonii grauati ad pensionem/& cõtra monasterium mon tis maioris/cui fuerat ordinata pensio. Et hanc sententiã vi detur amplecti:quãdo papa modificat:aut tollit pensionem ex potestate absoluta/& de plenitudine potestatis:vt colligi tur ex dictis suis prædictis. Quando vero Papa illam mo dificaret aut tolleret/vt Ro. Põtifex ex potestate ordinaria: & tanquam generalis ordinarius iudex:tunc sentit idem do ctor in eodem con.q.i.in.2.col.requiri citationem legitimã: qua omissa/dicit resultare nullitatem actus.i.sententiæ prin cipis/sicut alterius casum dicit esse in.l.fin. Codice de legi. in cle.Pastoralis de re iu.& in.c.i.de re iu.& in. c.Cum olim. de re iudic.Paulus autem de Castro in præallegato con. 51. incipien.Exceptiones.ante omnia præmittit quod interpre tatio sumitur tribus modis. primo pro omnimoda correctio ne. secundo pro modificatione quæ in augmento vel dimi nutione consistit.tertio pro congrua verbi dubii declaratio ne.& isto tertio modo dicitur proprie interpretatio.i.decla ratio. At aliis primis casibus proprie interpretatio dici non debet: sed correctio vel modificatio. præsupponitur enim rem esse certam:sed corrigi vel modificari:igitur non est lo cus interpretationi declaratiuæ. Tunc subdit quod quãdo est modificatio / vtputa quia pensio concessa super mensæ

redditibus & prouētibus in futurum non possit exigi nisi su/ per redditibus prioratus / & quod vltra non teneretur Epi/ scopus: & consequenter quod mēsa sit liberata: tūc pars sit vocanda: alias non tenet priuilegium.c. Olim de verb. sig. per Innoc.Sed vbi dubietas declaratur partis pręsentia/nō est opus/ vt ibidem per eundem . Inferendo igitur ad. q. in qua consuluit: in qua erat facta per papam modificatio / & restrictio tantū ad fructus prioratus: dicit quod quia Cardi/ nalis.S. Marcelli/cui cōstituta erat pēsio:erat in curia : & nō fuerat citatus/nec præsens:dicit talem modificatiouem non tenere.Allegat specul.in tit.de refer.præsen.§. penult.ver. item quod ad rescriptū . Vbi dicit quod in interpretatione priuilegii pars est vocanda.quod Pau.ipse intelligit de inter pretatione modificatiua vel correctiua/ nō autē de propria/ scilicet declaratiua:& maxime cum dictusCardinalis existēs continue in curia potuerit facile vocari per not.in . c. Cum olim.de re iudic..& in.l.Obseruandum.ff.de iud. vbi glo.di cit quod ita seruat Curia.allegat etiam.l.de vnoquoq̧.de re iud.&.l.Nam ita diuus.de adoptiō.Item Innoc.in.d.c.Cū olim. super vers. circūuentus. vbi dicit sic.Nota literas dici surreptitias quia impetratas aduersario absentē / qui erat in curia.Item allegat Innoc.in.c.de cōfirmationibus.de cōfir. vtil. vel inutil. vbi dicit quod in impetrationibus cuiuslibet confirmationis est pars vocāda.vt in.c.fin.de electio. in. vi. Nam & arbitramētum est meræ volūtatis declaratio:& tamē pars est vocanda.de verb.oblig.l.Si quis arb. l. Legatū. de vsufr.leg.& per Bart.in.l.Alio.de alim.& cib.leg..

Non obstant contraria / quæ idem doctor allegauerat quod pars nō erat vocanda in reparatione fatalis. §. Quod si ita contigerit.de tempo.appell.item quod in extraiudicialibus non erat vocanda.vt in.c.Cum nobis olim.de elect. item ꝙ in impetrationibus quæ fiunt a principe/nunquam requiri tur citatio.& satis est quod exprimantur iura partis/quę pos set lædi / ita vt rescriptum non possit dici subreptitiū . c. Ex multiplici . de decimis.de vsu pac. c. Ex tuarum. de verbo. sign.c. Venerabilis. ostendit quod in rescripto erat insertus tenor bullæ concessionis pensionis.Item.c. Ex parte vestra.

de verbo.signific. Nam dicit illa habere locum parte nõ exi stente in curia/ vel quando quis impetrat super eo quod nõ est gestũ cũ parte:alias secus/ vt erat in casu illo. c. Oblatæ. de appell. vbi terminus datus a parte/ vel iudice non potest præueniri/secus in dato a iure/secundum Innocen. in. c. de confirmationibus vtil. vel inutil. Quid dicendum putarẽ ꝙ quando papa modificat aut corrigit de potentia absoluta: ita exprimendo/vel ex certa sciẽtia: quod idem est vel aliter constito / quod voluit de absoluta potestate vel potentia: ꝙ nõ requiratur citatio ex rationibus Pontani quia posset etiã inuita parte/cui præiudicatur: & quia sumus in beneficialibus/in quibus papa habet liberrimam potestatem. & hoc videtur expeditum/quando ille cui præiudicatur:est subditus papæ puta laicus/& non subditus/cui ex concessione pensionis esset ius quæsitum:inclinarem in negatiuã: quod vel nõ possit ei tollere ius quæsitum / licet quæsitum facto papæ vel deberet tollere ex causa iusta / parte citata. Ita in terminis decidere videtur Paulus de Castro in con. 156. incipieñ. Viso & examinato.& si papa aliter declararet rem habuisse/ quam sic habuerit/dicit clem. i. de probatioñ. non habere locum contra laicum non subditum / cui esset quæsitum & ex facto papæ secundum eundem. quod est magnum verbum & esset multum ruminandum. Quid autem in clerico/cui esset ius quæsitũ:tangit idem doctor ibi. & de vtroq; per eundem cõ. 217. incipieñ. Præsupposito.& in con. 230. incipieñ In facto præsenti.& in con. 281. incipieñ. Primum dubium. In quibus inueniẽtur singularia dicta: & qbus possent addi notãda verba. d. Anto. de Butrio: & Io. de Imola illũ sequentis in cle. Ne Romani de iur. iur. dum loquitur de declaratione papę super domo priuata pinzocharorum.& in clem. Pastoralis. de re iu. in. §. Cœterum.

Si vero papa modificaret/ aut tolleret non de potentia absoluta sed de ordinaria/tunc putarem necessariam vocationẽ legitimam partis:& quod cum causa:per ea quæ dixit Põtanus in præallegato con. & Paulus de castro in alio suo consi. relato supra. Et longe fortius in ordinario inferiore a principe / requiretur causæ cognitio/& iustitia causæ parte legitti

me ckata.l.Nā ita diuus.de adoption.l. Nec auus. de eman. lib.cum simil.Et esset aduertendum vtrum talis pensio esset prius concessa pro beneficio iam impenso/an vero pro impendendo.de quo per Cardinalem Florentinum in clem.i. de reb.eccl.non alien.quæst.xix.

Vigesimaquinta Quæstio.

Vigesimo quinto quæritur:Si pensionem recipere debens in festo natiuitatis Domini nostri Iesu Christi/ obiit de mense Septembris:an dicta pensio saltem pro rata anni decursi/vel fructuum perceptorum super quibus est constituta pensio debeatur hæredi pensionarii:vel remaneat penes ecclesiam grauatam.Et hic inseretur quæstio dependens/& quæ nūc est de facto. Videtur distinguendū: aut fructus & redditus super quibus erat constituta pensio erant iam percepti/ & tunc debebatur hæredibus:quos in fructibus & redditibus/& iuribus beneficiorum de iure/vel ex indulto apostolico habebat. Nam talis pensio transit ad hæredes ac si fuisset percepta ipsa pensio tex.est in.l.Defuncta.ff.deusufru. & colligitur ex dictis Bartholi.in l.fi.ff.de iur.fi.& in.l.i.C.de vsuris & fru.leg. per Baldum.& not.per Salicetum in.l.Iulius.§.si fructibus de act.empt.& doct.in c.fin.de pec.cler.& in.c.præsenti.de off.ord.libro.vi.Aut non erant percepti dicti fructus sed tempore mortis pensionarii fructus pendebant:& tunc remaneāt penes ecclesiam grauatam/iam liberatam a pensione per mortem pensionarii.Et ita consuluerunt iam in.q.de facto quidam docto.Bononienses/inter quos Alex.de Imola suo con.50.in primo volumine quod incipit.R.domine.sed prædicta videtur expedita quando tempus soluendæ pensionis nondum exacte venisset in vita dicti pensionarii.quādo autem nondum venisset dies pensionis exigendæ prout præsupponitur in.q. supra formata:licet fructus/quorum occasione debetur ista pensio:fuerant iam percepti per debitorem dictæ pensionis An sit idem dicendum.Et videtur quod sic/vt in dictis locis Nam hæredibus vsufructuarii debetur integra pēsio / cuius

tempore vitæ ipsius vsufructuarii non cesserat dies solutio nis/si fructus omnes/quorum occasione pensio debebatur: erant iam percepti per illum debitorem pẽsionis, vt.d.l.De functa.cum similibus.Si autem tales fructus non erant per cepti tempore mortis vsufructuarii:sed pendebant:& simili ter pensionis dies nondum venerat:tunc/vt supradictũ est/ indubitanter nil debetur hæredibus vsufructuarii vt.d.l.de functa.&.d.l.Iulius.§.si fructibus.Et ibi Bald.arguendo a contrario sensu.d.l.defuncta.& per Bart.post Dinum in.l. fi.ff.de iur.fisci.Et ita vidi consulendo responsum per famo sissimos doct.dominũ Benedictum de Benedictis.&.d.Bal dum de Bartholinis de Perusio.in.q.vertente Senis inter hæredes fructuarii & hospitale de Scala proprietariũ prędii de cuius fructibus & pensione agebatur.

Superest pulcher articulus/quid si pars fructuum esset colle cta tempore mortis pensionarii vsufructuarii/pars autem colligenda/quia pro parte pendebant.Vel quid si pensio dabatur pro fructibus/qui semel in anno percipiũtur: vt vi num/frumentum/& his similia.Vel quid si pro his/qui quo tidie colligũtur:vt sunt herbagia hortorũ/operæ seruorum vecturæ nauium/pensiones domorũ.In primo casu quid iu ris est iam dictum.In secundo vero casu/quãdo fructus sunt pro parte percepti/& pro parte non: vt est videre in agro p parte pratiuo/& pro parte aratorio/& pro parte vineato/& tũc si pẽsio exigenda pro quolibet est taxata & cõuenta:tunc p perceptis pẽsio habetur pro pcepta:pro percipiẽdis autẽ pro nõ percepta habetur:vt supra dictũ est.& vbi non esset singulariter distincta seu taxata pro singulis/sed p omnibus vnita:tũc iudicis æquitate debet haberi ratio pro estimatiõe perceptorũ:& ipsorũ rata habeatur pro exacta/& pro percipi endis/pro nõ exacta.Si vero quotidie fructus percipiuntur/ pro quibus prestatur pensio vt in examinibus supra positis: tunc videretur quod hęredi pẽsionarii & vsufructuarii pro rata temporis decursi/& pro rata temporis futuri/ecclesiæ solueñ pensionem/in nostris terminis/quæ est proprietaria: sicut deberetur proprietario rei:cuius vsufructus etiam con solidatus proprietati post consolidationẽ:vt.d.c.defuncta.

&.d.§.Si fructibus.& ibi elegáter de materia per Salicetum.
& in.l.Fructus.& plenius vtrobique & distinctius quam per
alium:licet non loquatur in nostris terminis:sed inter ven-
ditorem & emptorem rei/de cuius fructibus & pensione agi
tur.Qui habet dilucidare articulum:ante omnia opportu-
ne faceret examinando cui sit æquiparandus iste pensiona-
rius.de quo per doct.in.c.præsenti:de off.ord.li:vi.& in.c.
fin.de pec. cler. Ego pro nunc æquiparaui vsufructuario.
arg.not.supra.q.i.&. q.xi.& xvii.
Quando autem pensio fuisset percepta & exacta per pensio
narium/de quo agimus:ante tempus perceptorum fructuū
per ecclesiam grauatam ad pensionem pro ipsis fruct.bus:
vel quia ita contigerit fuisse complacitum pensionario indi
genti vel quia tempus solutionis pensionis præcedebat tem
pore collectionis fructuum ex ordinatione constituentis pē-
sionem/tunc quid iuris / subsisto propter varias opiniones
quas refert Salicetus in.d.§.Si fructibus.& in . d. l. fructus
Inter emptorem & venditorem / æqua videtur distinctio
quod pensionem diuidat ecclesia ad ipsam grauata/& pen-
sionarius pro rata fructuum perceptorū iam/& non percep
torum:vnde quandoque totam restituet pensionarius eccl.
grauatæ/quandoque pro rata fructuum nondum percepto
rum/quandoque pro rata anni secundum quod supra dictū
fuit in casu contrario/quando pensionis dies nondum vene
rat tempore mortis pēsionarii/ & tamē fructus erāt pro par
te/vel in totum collecti/vel dietim colligebantur:& sic ratio
bonæfidei & æquitatis regat vtrunque casum & in vtroque
sit paritas/correlatio/& quędam vicissitudo.argumētū opti
mum in.c.fin . de transactioñ.per quem dicit Baldus in.l.
Aedem.col.i.§.locati:quod vbicūque non habemus ius scri
ptum:debemus sequi æquitatem / quæ constat ex naturali
iustitia & naturalibus instrumentis .l.Scire oportet.§.suffi-
cit.de excu.tut.Et vbi aliquid cōmittitur/ nec est lex:quę di
ctet quid agendum: videtur cōmissum iuxta æquitatem.Et
Ita collegi in simili ex dictis Saliceti in.d.§.Si fructibus &.d.
l.fructus.vbi assignat rationem palpabilem.videlicet quod
pensio licet prius soluta fuerit:tamen soluta fuit respectiua

ad fructus percipiendos. Igitur in effectu est habenda ratio fructuum idest vt ad illum spectet pensio ante tempus soluta/ad quem spectare debet pensio tempore mortis pēsionarii nondū soluta / nec exigibilis & sic pensio subrogetur loco fructuum quasi ad illos respectiue in hoc sicut in multis aliis de quibus dixi supra.q.xi.& xv. Non sit ergo in cōsideratione anticipata solutio pensionis ordinatæ propter fructus/sicut nec est posterior. Ita pro nunc sentio/saluo maturiore determinatione. Vide etiam Baldum in.d.l.i.C.de vsuris & fruct.leg.dum allegat Nicolaum Furiosi. Nūc subiicio.q. nunc ex facto occurrentem videlicet.

## Vigesima sextaQuæstio.

Vigesima sexta quæstio se nobis offert:videlicet an/& quando in impetratione beneficii debeat impetrans facere mentionem pensionis/quam habet super alio beneficio/vel eius fructibus. Quæstio est vtilis & quottidiana:in qua videtur dicendum / quod siquidem talis pensio habeatur in titulum beneficii ecclesiastici/quod quando sit dictum fuit supra.q.xii.& notabiliter declarat Cald.in cōs.vi.infra allegādo ꝙ debeat fieri mētio/vt in.c.Postulasti.de rescriptis.& in.c.Si motu proprio de præbē.in.vi.& per doctores in.c.In nostra.de rescriptis.Si vero habeatur prout communiter habetur: videlicet pro cōmodo temporali/seu in stipēdium/ cuius est capax etiam laicus vt dixi supra. Eadē.q.xii.xiii.&.xx. tūc nō sit necessariū facere mentionē/secūdum Paulum Zenzel. Guiliel.Ant. de Butrio. & Card. Flor. in clem.si.de off.ord.q.ix. & card.in.d.c.Postulasti.& in.c.Ad audientiā.ii. de rescr.& Archid.& alios post eum in d.l. Si motu proprio. vbi idem dicunt de præstimoniis non habitis in titulum sed in stipēdium.Similiter si episcopus cōcessit alicui clerico fructus alicuius altaris vsꝗ ad certū tempus pro mercede spiritualium laborum suorum/nō tenetur ille facere mentionem de illa assignatione secundū Cald.notabiliter in suo con.vi.in tit.de præben.quia habēs tales fructus nō dicitur habere beneficiū. patet in.c. Si tibi cōcessa.

eum glo. de præben. In vi. Et tales fructus nõ sunt beneficiũ ecclesiasticum neque in titulũ. Similiter si vni clerico fuerit per canonicos assignata media prebẽda/quia erat sacrista/ ad sustentationem suam:nõ tenetur ille clericus facere mentionem de illa:quia hoc est officiũ quod non datur in titulũ beneficii ecclesiastici prout Cald. in cons. xxv. in tit. de preben. In contrarium facit/quod notãt Innoc. & Compostell. in. d. c. Postulasti dicentes quod si aliquis habet redditũ vel pensionem vel possessiones ab ecclesia : debet de his facere mentionem. Sed debet intelligi secundum Cald. in dictis consiliis/ quando in titulũ:secus in stipendium/vel pro commodo temporali/quod est notabile .

Apud me remanent reliquiæ dubitationũ. Nam quãdo pensio datur pro stipendio vel labore corporali : admitto quasi sit pretium laboris. Sed quando pensio datur alicui pauperi vel diuiti clerico beneficiato alias vel non beneficiato:ad alimenta & onera facilius sustinenda/ & vt possit decẽtius & honorabilius viuere / prout sæpissime dantur : videretur quod secundum Innoc. & Compostell. deberet fieri mentio. licet enim talis pensio nõ sit data in titulum beneficii ecclesiastici tamen videtur loco beneficii data : & ita dicunt Innoc. & Compost. debere fieri mentionem / quia loco beneficii habetur. xvi. q. i. Possessiões. & de resc. Ad audientiã. & de præbẽ. Conquerente. Quod si dicatur:tunc videtur loco beneficii data:quando potuit vigore literarum habere beneficium. & fuit cõtentus pensione secũdum terminos. d. c. Ad audientiam. Respõderem quod licet in illis terminis pensio sit loco beneficii scilicet quod potuit habere/ & cuius loco fuit cõtentus pensione, tamen & in istis terminis præcisis/quos ego reuoco in dubium:videtur dari loco beneficii:scilicet quod voluisset:sed nõ potuit habere:& habetur sine onere curę illius beneficii/& est bolus nitidus. Igitur satis videretur quod deberet fieri mentio/ quia sine dubio quando papa sciret:difficilior esset. igitur cogitandum. Similiter non tenetur quis facere mẽtionem de hospitali quod habet in administratione/ non in titulum ecclesiasticum. cle. ii. §. Vt autem. de religio. dom. secũdum Paulum in clem. fin. de off. ord. quem sequũ

tur ibi Antonius / Imola / & Car. Floren. q. x. Sed oritur dubitatio: nam prædicta videntur procedere quando impetrantur literæ in forma gratiæ: sed quãdo impetrantur in forma pauperum. Benefacit quod idem dixit in lectura in. c. Postulasti. ad finem. quia cum fiant ad releuandum paupertatem non cõuenit quod nõ taceatur / quando habet vnde viuat: quia tacetur tale quid: quo expresso difficilius impetrasset secundum eum. Rota autem in antiquis conclu. 33. sub titulo de rescr. & in alia de præben. xi. videtur voluisse quod pauper clericus impetrans in forma communi / nõ teneatur facere mentionem de pensione quam habet a laico / posito quod sibi fuerit assignata in titulum beneficii / ex quo non est beneficium ecclesiasticum: cũ moriatur cum persona & non transferatur de persona in personam. Intelligẽdo ergo de literis in forma communi. i. de literis iustitiæ & in forma pauperũ. vt debet proprie intelligi: Rota non fecisset differentiã inter literas in forma gratię vel in forma pauperum. Nam vtroque casu / videtur sensisse non esse necesse fieri mentionem: & sic contradiceret his / quæ proxime dixi. Sed intelligendo in forma communi. i. gratiæ. vt aliquando dicitur per aliquos: tũc nõ discordaret. Et ita intellexit Dominicus decisionem in. d. c. Postulasti ad finem. vnde cogitãdum. Et circa expressionẽ patrimonii necessario faciẽdam vel non: remitto me ad modernos in. d. c. Postulasti.

Insuper aduerte quod in illis casibus / in quibus deberet fieri mentio de præstimonio / pensione / vel patrimonio / forte nõ deberet exprimi valor eorum / quia de iure communi / de valore reddituum / quos quis habet: nõ tenetur facere mentionem secundũ glo. in cle. i. de præbẽ. & posito quod stilus Curiæ / aut regula Cancellariæ introduxit debere fieri mentionem valoris beneficiorum: nõ videretur illud exorbitãs trahendum ad ista / quæ non sunt beneficiũ ecclesiasticum. Ita tentauit Felinus / quem sæpius allegaui in. d. c. Postulasti. de rescr. pro cuius opinione benefacit quod dicetur infra. q. xxx. Sed aduertatur quod in regula cancellariæ dicitur vniuersaliter. Vel aliorum quorumcunque beneficiorũ. Ergo videtur quod includat etiam præstimonia & pensiones & simi

sta, vt colligitur ex glo. not. in cle. ii. de vita & hon. cler. & di-
cetur in. d. q. xxx. infra.

Insuper videtur dicendũ quod sicut de beneficio obtento vi-
gore primarum literarum: ita de pẽsione vigore eaꝝ obten-
ta: quia poterat impetrans assequi beneficiu per primas lite-
ras. Ergo si eis renuntiauit vt haberet annuam pensionem: vi-
detur stetisse per eum quominus assequeretur beneficiũ: &
sic perinde est ac si fuisset assecutus. vt in secunda. cũ stat. li.
vi. Et ita tenẽt Goff. Hostieñ. imo. & Abb. in. c. Ad audien.
ii. de rescr. & ita videtur intelligendus tex. in. c. In nostra.
eod. tit. & quod supra dictum est: quod est proprie notandũ:
& tenẽt moderniores in. c. Postulasti. eod. tit. Ex quo videtur
inferendum ad. q. de qua hodie interrogabar ab excellen-
tissimo viro multarũ doctrinarũ. d. Paride de Ferraria / qui
resignauit beneficiũ cuidam Titio in manibus papæ: illam
resignationem admittentis: & ipsi. d. Paridi reseruantis pen-
sionem super fructibus & redditibus illius beneficii. Ille autẽ
prouisus a papa per cessionem huiusmodi / cum inuenisset
beneficium illud occupatum a quodam alio: nec posset asse-
qui possessionem: litigauit cum illo / & reportauit vnicã sen-
tentiam pro se: deinde transegit cum illo occupatore: & per-
mutauit auctoritate ordinarii illam ecclesiam cum duabus
aliis sibi collatis: quæ iure permutationis subrogatæ fuerunt
loco illius primæ grauatę ad pensionem. Modo instat domi-
nus Paris pensionarius / contra illum pro exigenda pẽsione
dicẽs / per te stetit / quominus assecutus fueris possessionem.
debebas enim prosequi litem: & non transigere: igitur pinde
est ac si fueris assecutus. vt in. c. Commissa. §. i. de electioni-
bus. & in. c. Licet episcopus. de præ. in. vi. & notatur in cle.
Gratiæ. de rescr. & in multis aliis locis hæc ponũtur vt paria
scilicet esse assecutum possessionẽ: vel per eum stetisse quo-
minus fuerit assecutus. Præterea dicit tu habes cambium: er-
go proinde ac si tu haberes idem beneficium in odium tui /
per ea quæ supra dicta sunt de pensione habita vigore litera-
rum / quibus renũtiauit nõ curãs habere beneficiũ & conten-
tus pẽsione loco beneficii. Item videtur multum facere pro
domino Paride quod doctores moderni dicunt: & inter cæ-

teros Dominicus in.c.Cum in multis de refer.in.vi.vbi di-
cunt quod illi qui componit vel compromittit: est imputan
dum si poterat cōsidere de iure suo & expectare sentētiam:
& noluit cū haberet bonū ius in beneficio: & habetur perin-
de ac si assecutus fuisset illud pacifice. Ex quibus videtur ꝙ
intentio.d.Paridis sit fundata contra illum obligatū ad pen
sionem nisi doceat quod beneficiū sibi non debebatur: vel
erat valde dubium/adeo quod non potest damnari cur trā-
segerit: super qua .q. non dico plus pro nunc quia pendet.
benefacit ad materiam .l. Cū controuersia. ff. Mandati. Et
ad rem esset videre vtrum dicta pensionis constitutio affici
at successorem etiam in dicta ecclesia super cuius fructi-
bus fuit constituta. Ad quod sciendum vide dicta supra.ix.
x.xi.xvi.xvii.xxi.& xxii.

Prædicta faciunt in argumentum quod in impetratione be
neficii non teneatur quis facere mentionem de alio quod
habebat in commendam: cū non habeat in tit. ecclesiasticū.
In contrarium solet allegari glo. in.c. Nemo deinceps de
elect.in.vi.quam ad hoc allegat Cald.tenens/quod debeat
fieri mentio in.d.con.vi. Scilicet quando cōmenda est per-
petua.& ita tenet Card. Venetus Petrus Maurocenus in. c.
Si motu proprio de preben .in.vi.licet dicat quod glo.in.d.
c. Nemo.nō dicit illud ad quod supra allegatur. Sed dicit ꝙ
quando impetratur ecclesia cōmendata: debet fieri men-
tio de tali commenda.& hæc puto bene notabilia.

## Vigesimaseptima Quæstio.

Vigesimaseptima.q. An pensio per Episcopum decre
ta vni ad vitam cum consensu capituli possit per sue
cessorem reuocari. Laud. quem refert Card. Floren.
in cle.i de reb.ecc. non alien. q. xix. dicit quod non: quādo
fuit cōstituta pro beneficio patrocinii vel similis seruitii iam
impēsi: ita quod de hoc constet. Non enim sufficeret ita scri
ptum esse in literis constitutionis/ quia frequēter talia expri
munt ad colorandum gratiam. C. de sacrs. ecc. l. Iubemus.
§. Scientes. Sed si constituta fuit pro obsequio impendēdo

dicit Laud. quod reuocari potest. arg. de procu. cle. fi. xii. q. ii Qu cunq; &. c. Hoc huius placiti. d. c. Ecclesiasticis. ead. q. Idem Zenzelinus quem sequitur Card. Flo. in. d. clem. i. Eadem. q. xix. Praemissis. adde quae dixit Oldradus con. 225. incipien. Quid in episcopus. & quae dixi supra. quaest. iiii. v. vii. & xxiiii.

## Vigesimaoctaua Quaestio.

Vigesimaoctaua quaestio. Si Papa per suam declaratoriam decreuerit aut solui nō debere pensionem: aut modificauerit in quantitate/ vel in alia re praeiudicia li pensionario: an/& quādo standum sit tali declarationi vel decreto papae. Super hac. q. multa essent dicēda ex his/ quae Pontanus posuit in consil. suo allegato saepius. 268. & Paul. de Castro in suo con. 51. quod etiam saepius fuit allegatum: & ex his/quae dixi supra. q xxiiii. Magna vis est etiā an simus in terminis mere declaratoriae eius quod est ambiguum aut dubium. Et illa dicitur proprie declaratoria / quae nihil dat de nouo aut tollit: vt. l. Haeredes palam. §. Si quid post. ff. de testa. cum similibus. Aut in terminis dispositionis alterātis/ aut derogantis prout considerat Paulus de Castro in preallegato consi. 51. & in. d. §. Si quid post. vbi formaliter loquitur de talibus declaratoriis papae propriis & impropriis. Et secundum dicta in. d. locis putarem distinguendum. Et ad materiam omnino videndum quod dicit Petrus de Ancharano. 389. in fine/& per Egidium Bellamerae in suis conclusionibus/cōclu. 724. 746. &. 754. in quibus omnino videndum. Si enim vellem singula explicare: incideremus in prolixitatem fastidiosam contra propositum meum. Is cuius interest: venetur: & capiet in syiua praemissa. & poterit etiā videre Antonium de Butrio & Imolam in Clem. Ne Romani. de iur. iur. & in clem. Pastoralis. §. Caeterū. de re iudic. dum loquuntur de declaratione Papae super domo priuata Pinrocharorum de Florentia.

Vigesimanona Quæstio.

VIgesimanona. q. quæritur: Si in bulla dicatur pensionis/quod fiat deductio sumptuum & expensarum: de quibus intelligatur. Paulus de Castro in præallegato con.51.in.iii. quæst. dicit quod deducendi sunt primo omnes sumptus facti gratia recolligendorum fructuum. Illi enim minuunt fructus. ff. solut. mat. l. Fructus. de petit. hære. l. Si a patre. §. fi. Nullus enim casus euenire potest qui hoc genus deductionis impediat. l. Fundus qui. ff. famil. hercis. Deducentur etiam omnes expensæ quæ fieri debent pro conseruatione rei / super cuius fructibus est constituta pensio. l. Patronus. §. Codicillis de leg. iii. solitus enim & antiquus status ipsius / in sua integritate seruari debet: nec debet ex aliquo casu variari: de præbendis. Maiores. &. c. de monachis. & de materia videndum est etiam per glo. in clem. ii. de decimis. etiam in constitution͂. Bonifacii. viii. quam ibi allegat glo. quæ incipit. Declaratio. quam allegaui supra. q. xvii.

Trigesima Quæstio.

TRigesimo quæritur. An & quando appellatione beneficii veniat pensio: de qua tractatum fuit in hoc opusculo/ dicendum quod in litteris beneficialibus appellatione beneficii non conprehenduntur pensiones. tex. in. c. Quamuis. de preben. cl. i. in. vi. & ibi Dominicus/ ex his inferens quod verbum beneficii in talibus litteris positum cōprehendit beneficium ecclesiasticum quod datur in titulum habēs ius spirituale: nō autem illud quod cōsistit in sola temporalitate quod placet insigni doctori domino Io. de Anan. in. c. Non satis. de simonia. Quod puto facere ad declarationem eoꝝ/ quæ dixi supra q. xvii. super intellectu glo. clem. ii. de decimis/ quem ibi examinaui. Limita tamen prædicta/ quando in litteris beneficialibus diceretur. Vel aliud quodcūque beneficium. Nam tūc comprehenderetur præstimoniū & pensio: licet nō in titulū

Solet allegari glo. in verbo Quodcūque. in clem. ii. de vit. & hon. cleric. & de materia/quādo non esset adiecta illa dictio vniuersalis quodcūq. Vide Abb. con. cxlii. quod incipit Illud de iure quæritur. & aliquid dixi supra. q. xxvi. in versiculo. Insuper aduerte. de quo etiam per modernos in c. Ad audientiam. ii. de rescr.

Et pro declaratione materiæ/& eorum quæ dixi supra q. xii. xiii. xiiii. xv. & xxvi. subiicio. q. quæ fuit de facto ī Cu. Romana & in Rota paulō ante meum aduentū ad cur. Ro. Quidā dominus Alphonsus Hispanus emiserat professionem militum de Calatraua/protestatione præmissa/quod semper intēdebat viuere vt merus laicus & semper fuit huius ꝓpositi Obtinuit deinde Magistratum de Calatraua perseuerans tamen in eodem proposito vitæ laicalis perpetuo ducendæ & vxorem capiēdi. Quare Calistus. iii. informatus plenissime de præmissis dispensauit circa professionem dicti ordinis emissam/tollendo omne obstaculum: quod habuisset impedire matrimonium carnale contrahēdum per dictum Alphōsum: & subiecit declarando dictum Magistratum de Calatraua/nunquam pertinuisse ad dictū Alphonsum: sed vacasse per obitum Ferdinandi. & demum de eo prouidit Petro. Et hoc fecit ex certa scientia prout patebat ex litteris apostolicis desuper confectis. Et quia dictus Alphonsus etiam resignauerat dictum Magistratū de Calatraua / licet de facto tē tum in manibus Papæ: idem Calistus reseruauit eidem Alphonso pensionē super alio magistratu Henrici Regis: per hæc verba. Constituimus pensionem quoad vixeris: illamq; in tuos vsus conuertere: & retinere possis. Adiecit etiā hæc verba. Ne propter dictam resignationem Magistratus/nimium dispendium patiaris: &c. Postea dictus Alphonsus contraxit matrimonium carnale & confirmauit.

Post multos annos/etiam post matrimonium decursos/petiit pensionem quasi durauerit etiam post matrimonium/& duratura esset durante vita eius. Exceptum fuit illam finitā per contractum matrimonii carnalis & illius cōsumationē arg. not. supra. q. xv. cum præcedentibus: quasi fuisset constituta dicta pensio sibi / non vt laico/sed vt religioso / & in

titulum beneficii/ergo expirauerit. Fuit datū dubium. An posito quod dominus Alphonsus contraxerit matrimoniū: & illud consumauerit:cessauerit pensio. Allegatum fuit solēniter ad vtranque partem. Et quod expirauerit:dicebatur: quod fuerat constituta propter resignationem dicti magistratus/qui est beneficium ecclesiasticum: ergo sapiebat naturam beneficii ecclesiastici. In cōtrarium fuit allegatū acutius videlicet/ quod vt laico existenti/ vt incapaci beneficii ecclesiastici:cum voluerit illam durare ad vitam eius/etiam post matrimonium consumatum:& sic non in titulum beneficii ecclesiastici:sed ut stipendium/& propter quandam cōpensationen laborum/vel propter scandala vitanda/& vt cessarent violentiae/& rixae exortae occasione dicti magistratus. Fundamenta fuerunt haec inter caetera videlicet quod vxorato/seu vxorando/ remoto iam obstaculo professionis pro declaratione/& dispensatione Papae/ergo non possit cōsiderari dicta pensio vt beneficium ecclesiasticum in titulū. collatum quia laico incapaci:nec Papa qui aperuerat viam laicalitati per declarationem & dispensationem praedictas/. videretur illam praeclusisse per dationem pensionis in beneficium quasi vt clerico/& sibi ipsi contrariari arg. not. in l. Quod traditum. & .l. Non ad ea. de cond. & dem. sumpto: arg. intentionis Papae ex vicinitate actuum:vt habetur in .l. Si seruus plurium. §. fi. de leg. i. Item dicebatur quod Papa in suis litteris constituerat pensionem vt laico:ergo non in titulum beneficii ecclesiastici secundum Archid. Io. And. & alios in c. Quamuis. de prebeñ. in vi. & Dominicū in c. Possessiones. xvi. q. i. Item quia in litteris erat clausula praedicta Constituimus pensionem/&c. non consueta illo modo poni quando in beneficium ecclesiasticum & titulum beneficii. Si enim in titulum beneficii:iam vt clericus vsufructus petuisset in suos vsus conuertere:nec fuisset opus ponere illa non consueta poni in litteris pensionum. Quod autem tanquā laico:colligebat etiam ex prohemio litterarum apostolicaꝝ consueto dari laicis. Ita in terminis allegabatur Io. de Legnano & Io. de Imola post Cardinalē in cle. i. de supp. neglig. praelat. dum dicunt quod si pensionarius fiat miles/vel vxo/

retur: non uacat pensio: maxime si pro aliquo temporali fuerit assignata. de quo etiam in terminis per Host. in summa de vita & hon. cler. non resid. quia in dubio talis pensio non censetur beneficiũ/nec loco beneficii vt in. c. Ad audiẽtiã & ibi Abbas. & per modernos in. c. Postulasti. de rescr. & Ant. de Butrio in. c. Extirpandæ. de præbeñ. Et licet fuerit dictum in litteris quod Papa reseruabat ne propter dictam resignationem nimium dispendium patiatur/ quasi fuerit loco dicti magistratus de Calatraua/ subrogata. Dicebatur quod quia Papa prius declarauerat ipsi Alphonso nullum ius cõpetiisse in dicto magistratu: & ex certa scientia hoc decreuisset: nullum etiam poterat dispendium causari sibi ex dicta resignatione non entis. vnde vt cessaret omnis absurditas & repugnantia/oportebat intelligere quod pro resignatione dicti beneficii quatenus de facto processerat: & vt cessarent bella & violentiæ & pro redemptione cuiusdam vexationis videretur pensio constituta/& sic potius pro temporalibus quam pro spiritualibus aliquo dimisso/maxime quia fuerat constituta ad preces Regis Henrici ad tollendũ rixas. Fuit etiam attentatum per allegantẽ/ quod posito quod illa pensio esset reseruata loco tituli beneficialis: & alias per contractum matrimonii venisset extinguenda/ in quæst. nostra videretur dispensatum/vt non extingueretur: & posset percipi & retineri non obstañ. matrimonio / etiam per laicum/ quasi papa dispensauerit ex certa scientia cum incapace sibi noto. arg. not. in. l. Quidam consulebat. de re iud. per. Baldum in. l. Imperialis. de nuptiis. glo. in. c. Statutum. de rescr. in. vi. & in Clem. Et si principalis. eod. tit. & per doctores in. c. Eam te. de ætat. & qual. & in. c. Cum olim. de priuilegiis. Archid. in. c. Si eo tempore. de rescrip. in vi. Oldradus consil. 326. cum sequ. Et qua ratione videtur dispensasse super inhabilitate de præsenti / vt in dictis locis fortius in futura per ipsum papam considerata: vt probatur in. l. Item Vlpianus. de excu. tut. Vbi de impedimento futuro. & ibi per Bartol. arg. in. l. ii. C. de crim. sacr. & per Ioan. And. in. c. i. de excess. prælatorum. lib. vi. & Baldum in. l. fin. §. Contra ius vel vtil. pub. & in. l. Eam quæ. C. de

de fid. comm. & in.c.i.§.quod si libellario. de pace constaff. cum simil. Et hæc fundamenta vt audiui fecit quondam bo. me. dominus Paulus de Tuschanella prius Aduocatus Consistorialis/ deinde Auditor sacri Palatii. Et audiui quod ita fuit iudicatum. Nec miror / quia ex multis colligebatur mens papæ / quod voluit illam durare. Insuper super eodem puncto / videlicet/ An pensiones / quæ hodie constituuntur super fructibus beneficiorum sint censendæ beneficia/vel habeant effectum eorũ:reperi ea / quæ sequuntur in notis Hieronymi Pauli Barchinonensis doctoris / qui summa laude in Curia diu versatus est.

Quod pensiones / quæ constituuntur & assignantur hodie super fructibus beneficiorum : non sunt beneficia / neq; habeāt effectum eorum nisi in casibus expressis: videlicet probari ex diffinitione beneficii & requisitis ad illud de quo per Oldrad. in con. & Ant. in regula.i.de reg. iur. & inter cœtera est necessaria perpetuitas.vt in.c.Pastoralis. 7.q.i.in glo. & glo.in.c.de capel. mo.li.vi.quæ quidem cessat in his pensionibus : cum extinguantur lapso tempore / quo impositæ sunt/vel per obitũ recipientis.Facit etiam diffinitio Guillel. de MonteLaud.in cle.i de suppl.neglig.prælat.& glo. 7. q. i. in summa. Item quia huiusmodi pensionem recipientes possunt illas remittere ad tempus vel in perpetuum:vel illis renuntiare absq; auctoritate superiorũ. Nec tunc impetrantur nec vacant : sed extinguuntur tanquam debitum pecuniarium per remissionem : nec requiritur residētia propter illas / nec habent nomen tituli / nec illas recipientes habent vocem vel stallum in clero beneficiatorum. Item in regulis antiquis Cancellariæ ponuntur vt diuersa in expectatiuis/ nec examinantur per Cancellariam hi / quibus pensio assignatur/ vt solet fieri in titulatis. Si enim assignaretur aliqua pars fructuum alicuius beneficii pinguis/ nõ ad particulare commodum vnius/ sed ad hoc vt deinceps esset beneficium ecclesiasticum dictum forte portio vel pensio/ tunc esset beneficium.vt in.c.Cõquerente.de cle.nõ resid.c. Ex diligēti. de simonia.xvi.q.vi.Illud.&.q.v.Possessiones.item.quæst.i. Clerici.&.c. Si Episcopus. Et vide ad hoc, not. in Clemen.

Si Romanus. de præbendis. & in. c. Postulasti. &. c. Ad audientiam. de rescr. & in clem. ii. de vita & hon. clericorum. &. c. Quamuis. de præbendis. in. vi. Et ad hoc Zabar. in. c. Cõstitutus. de relig. dom. & Butrius & Baldus in. d. c. Ad audientiam. & per Paulum de Castro & Pontanum in consiliis redditis in fauorem Sãcti Antonii de Vienna / & Rotam in antiquis in titulo de Rescriptis. Et forma literarum satis ostendit non debere haberi pro beneficiis: cum plerunq; funderur / ne resignantes nimium dispendium patiantur: & sic exonerantur a titulo: & per consequens ab onere. Recipiunt tamen partem fructuum quasi tanquam laici / qui possunt recipere pro alimentis & victu vel statu decenter tenẽdo. & not. xxiii. quæst. finali. Tributum. & xviii. quæst. ii. Eleutherius. &. c. Quanto. de iure patronatus. &. l. Commodis de re iudic. &. l. Stipendia. C. de exec. rei iudic. Faciunt hæc ad materiam: An pensio faciat incompatibile sub eodem tecto cum beneficio? Et an recipiens pensionem nõ intitulatam prout sunt hodie / teneatur dicere officium: vel interesse processionibus / & huiusmodi. Et ex his potest etiam determinari: An huiusmodi pensiones modernæ possint redimi. Hæc fuerunt verba præfati doctoris in dictis suis notis.

F I N I S.

ROMÆ APVD F. MINITIVM
CALVVM ANNO
M.D.XXXI.
MENSE IVNIO.
CVM GRATIA ET PRIVILEGIO
CLEMENTIS VII.
PONT. MAX.
AD DECENNIVM.